UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Sermones: Petri Hieremie Panormitani ex Sicilia: F. co[n]uent[us] ordinis Predicatoru[m] bononiensiu[m]: tam preclari q[uam] omnigene eruditio[n]is refertissimi. omnibusq[ue] euangelica documenta ...

**Petrus <de Hieremia>**

**[Augsburg], 1514**

**VD16 P 1883**

xxvii. sermones q[ua]dragesimaliu[m]. De p[e]c[ca]to.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70359

Visual Library

patris mei. Habeo em̄ quinq̄ fratres vt teſtet̄ illis: ne ⁊ ipſi veniāt in locum hunc tormentoꝝ. Videt̄ ergo ꝙ illa petitio fue rit ex charitate. Reſpondeo ꝙ in inferno nulla eſt charitas/ſ3 tota malignitas. Ad auctoritatē dico. ꝙ ſic̄ in h̄ mundo ſunt ſo cij in peccatis: ſic etiā in alio mūdo erunt ſocij in penis. Et quia multi ſimul ſociari cū minori timore peccāt q̄ʒ vnus ſolus: ſic pena maior eſt quādo ſunt plures. ⁊ quā to magis creſcit numerus ſocioꝝ: tāto ma gis augmentatur pena. Sicut de igne: in quo quanto magis ponit̄ de lignis: tanto magis augmētatur flamma: ⁊ vnū lignū incendit aliud. Ideo diues ille orauit: nō ex charitate/ſ3 timore: ne pena augeretur in aduentu fratrū ſuoꝝ: qui ſocij fuerāt in peccatis. Hec tamē ratio videtur dubita bilis: q2 ſm̄ hoc damnati nollent aliquez damnari/ne pena coꝝ augeret̄. Quod eſt falſum. quia immo vellent oēs damnari/ ⁊ ſanctos ꝓpter inuidiā ⁊ prauas affectio nes: que cū eis deſcendēt in infernuz. Vñ ſuper illud Eſa. xiiij. Surrexerūt de ſolijs ſuis dicit Glo. Solatium eſt damnatis ſo cios habere ſue miſerie. Dic ergo ſ3 Tho. quodli. viij. ar. xvij. ꝙ damnati inuidia ſti mulante vellent ꝓpinquos ſuos cū omni bus alijs eſſe damnatos: ⁊ dolebūt ſi ſciāt aliquos eſſe ſaluatos ⁊c̄. Secundus loc⁹ eſt purgandoꝝ: vbi habēt fidem/ſpem/et charitatē. Primo quidē habent fidē: quia nondū vident ꝑ ſpeciē. Item habēt ſpem firmiſſimā ⁊ certiſſimā de tribus. ¶ Pri mo de adiutorio amicoꝝ ꝙ ſuffragia ſibi fient: ⁊ de hoc ſperant. Vñ dicit Job. xix. Miſeremi mei miſeremini mei ſaltē vos amici mei: q2 ma. do. te. me. ¶ Scdo hn̄t ſpem exeūdi de purgatorio. ¶ Tertio ſpē habendi paradiſum/ꝙ nō poſſunt peccare q2 anima ſeparata ſe firmat in gratia vel culpa mortali/ſm̄ ſtatū in quo egredit̄ de corpore. Vñ Grego. xxv. di. Qualis hinc quiſq̄ʒ egredit̄/talis in iudicio preſentat̄. Et flagella dei patiēter ſuſtinēt in purga torio ⁊c̄. Tertius locus eſt beatoꝝ. ſ. para diſus: vbi nō eſt fides nec ſpes/ſed ꝑfecta charitas ſoluz: ⁊ excellit. Fides em̄ habet defectū eſſendi annexū: ſed in celo omnia videntur clare. j. Coꝛ. xv. Videm⁹ nunc ſpeculū in enigmate: tunc aūt facie ad fa ciem. Spes habz etiā defectū eſſendi. pſ̄. xvj. Satiabor cuz apparuerit gloria tua. Charitas autē nō habet defectus eſſendi bonoꝝ: ſed perficiet̄. iuxta illō q̄ō poſſunt dicere beati. j. Jo. iiij. Deus in nobis ma net: ⁊ charitas eius in nobis ꝑfecta eſt ⁊c̄. Quartus locus pōt addi. ſ. locus pueroꝝ ⁊ ibi nō eſt neq̄ʒ fides/neq̄ʒ ſpes/neq̄ʒ cha ritas. Nā ō ſpe ⁊ charitate ꝯſtat ꝙ ibi nō eſt: ſed etiā fides nō eſt. tum q2 aie pueroꝝ rum ibi nō habēt cognitionē de deo. Ro. x. Fides ex auditu ⁊c̄. tum q̄a fides eſt de nō viſis. ſ. per rationē naturalem. Heb. x. Fides eſt argumentū non apparentiū ⁊c̄. Deo gratias. Amen.

¶ Finis ſermonū de aduētu dñi vſq̄ʒ ad. xl.

## Ad Lectorem.

¶ Quiſquis es/lecturus hos Petri Hieremie Siculi ſmones/admonem⁹/ne ali qua cōfuſione terreare: ſi q̄d ex autoris allegatiōe in hiſce partib⁹ incertitudis occur rerit. Nam ſermonū diuiſiones ⁊ ordinē abcdariū adeo ꝯfuſum accepim⁹: vt aut mu tatiōe aut pari erroris inuolucro nobis opus eſſet: alteꝝ mediocriter ſpero ꝯfecim⁹/ vt nullus ex eo ſuperet̄ faſtidio. (nulla em̄ ꝑs citat̄ niſi etiā titulus/quē frōte gerit in tabula/apponet̄: vtputa de pctō/de pnia/de. x. ꝑceptis ⁊c̄.) alterū omni ſtudio conat mur effugere/vt nr̄ conat⁹ nō vbiq̄ʒ incaſſuz cedat: nā in q̄driduo ducētos/vel co am pli⁹ errores ex archetypo int̄legēdū exemim⁹: cui⁹ rei occaſionē eē dijudico icuria gal lice pubis ſꝑ plus dedite nūmo q̄ʒ ṽtuti. Quare hic in nr̄a editiōe obſeruam⁹: cū nu mero folioꝝ/tū ordine alphabetico: ſeriē eā/q̄ videbat̄ aptior ⁊ ad tꝑa ⁊ ad ritum ca tholice eccl̄ie. Habet tñ queq̄ʒ ꝑs/q̄ ad fieri potuit/frontē ⁊ dorſum: vt eam faciliter tuo placito quo lubet ordinare poteris. Vale.

¶ Sequit̄ alia pars ſermonū de Peccato per. xl.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Incipit q̄dragesimale de peccatis in genere eiuſdez fris Petri Hieremie Et p̄mo de diffinitiōe peccati: Sermo.j.

Quaſi a facie colubri fuge peccatuz. Eccli.xxj. Dicturus cū diuino patrocinio de peccatis in genere/ī hac ſacra q̄dragesima ante oīa inuocandū arbitror ſpūs ſancti gratiā. A quo oīe datū optimū ⁊ omne donū pfectū originak. Jac.j. Sed q͛ indigniſſimū me reputo: imediate ipſum p̄cib͛ adire/recurro ad aduocatā noſtrā potentiſſimā/⁊ glorioſam virginez Mariā dicendo. Aue maria ⁊c̄. Quaſi a facie colubri ⁊c̄. vbi s̄. Quia vt ſupra dixi intendo in hoc ſacro tp̄e p̄dicare de peccatis in genere: iō talis ordo mihi aſſumendus erit in hac materia: p clariori audientiū intellectu ⁊ memoria tenatiori.

Primo nāq͛ dicaz de pctō in genere

Scōo de pctō originali fm ſe. ⁊ de pena eius/⁊ de remedijs ipſius.

Tertio de pctō actuali mortali: ⁊ de penis ſeu de effectu ipius ⁊ de remedijs ei⁹.

Quarto de peccato veniali/et de pena ei⁹/⁊ de remedijs ipſius. Loquēdo ergo de pctō in genere: querik primo quidnam ſit pctm̄: Circa qō nota ꝙ fm quadruplicem cauſam rei datur quadruplex diffinitio de pctō. Sed attende ꝙ infra ſcripte diffinitiones nō dantur de pctō originali in quo nō eſt cōuerſio: nec de pctō veniali in quo nō eſt ꝯuerſio: ſed de mortali actuali/in quo eſt conuerſio ⁊ auerſio.

¶ Primo quidē fm cauſaz efficientē peccatū ſic diffinik ab Aug. lib. de duab⁹ naturis. Peccatū eſt voluntas ꝯſequēdi vel retinēdi qō iuſtitia vetat. Voluntas aūt eſt animi motus ad aliquid: vel nō imitādum vel adipiſcendū fm Aug. j. lib. retractationū. Et. xv. q. j. c. j. in p̄n. Voluntas igik eſt cauſa efficiēs peccati: adeo vt ſine ipſa nullū peccatū cōmittatur. Vn̄ Aug. in lib. de vera religione. ⁊ in li. retractationū. Et Gratianus. xv. q. j. ca. j. Uſq͛ adeo peccatū voluntariuz malum eſt: vt nullo modo peccatū ſit ſi nō ſit voluntariū. Eodem modo nec pena eterna que conſequik peccatū merek quis cōdemnari/niſi ꝓpria voluntas adeſſet. Bern̄. Tolle ꝓpriā voluntatē/⁊ nō erit infernus. Item Aug⁹. xxiij. q. iiij. Nabuchodonoſor. Vaſis ire nunq͛ deus redderet interitū ſi nō ſpōtaneū inuenirek homo habere pctm̄. Unde ſi aliquis ignorātia inuincibili aliquid de genere maloꝝ faceret non reputarek ei ad peccatū: quia hmōi ignorantia tollit voluntatē fm Tho. p. ij. q. vj. ark. viij. Et in decretis. xv. q. j. aliquos. ⁊. c. ſe. Et Tho. j. ij. q. lxxvj. ar. iij. Et ſic ecōtra: nullus poteſt mereri ſine voluntate. Nec obſtat de Salomone: q̄ dormiēs impetrauit a deo donū ſapiētie: vt d͛. iij. Re. iij. ⁊. ij. Paralꝰ. j. Quia Salomon nō meruit in dormiēdo ſapientiā a deo: ſed fuit ſignū precedētis deſiderij: ꝓpter qō dicitur talis petitio deo placuiſſe. vt dicit Aug. xij. ſup Gen̄. ad literā. Et nota Tho. ij. ij. q. cliij. ar. v. ad primū. Unde Chryſ. ſuper Mat. ⁊ in decretis. xxxij. q. v. Sicut em̄ pctm̄ opus ſine volūtate nō facit: ita ⁊ iuſtitia ex opere non conſumak niſi ⁊ voluntas affuerit ⁊c̄. Si autez querak: que cauſa efficiens eſt male voluntatis: Reſpōdeo nullā eſſe cauſam. niſi quia ex nullo facta eſt: vt dicit Aug. xij. de ciui. dei. c. vij. vbi ſic inquit Nemo igik querat efficientē cauſam male volūtatis. Non em̄ eſt efficiēs/ſed deficiēs: q͛ nec illa effectio/ſed defectio. Deficere nāq͛ ab eo ꝙ ſumme eſt: ad id qō minus eſt hoc incipere habere voluntatē malam. Porro cauſas defectionū iſtarū quū efficiētes non ſint vt dixi/ſed deficientes velle inuenire: tale eſt ac ſi quiſq͛ velit videre tenebras vel audire ſilentium: qō ſtamen vtrūq͛ nobis notū eſt. Neq͛ illud niſi per oculos: neq͛ hoc niſi per aures non ſane in ſpecie niſi ſpeciei priuatione. Hec ille. Sed nota ꝙ cū voluntas a deo ſit nō poteſt eſſe niſi bona. Et ideo fm ſe nō eſt nata dicere niſi bonū: q͛ vt d͛ Matt. vij. Non pōt bona arbor fruct⁹ malos facere. Dic ergo ꝙ cū dicik/volūtas eſt cauſa effi

ciens peccati debet intelligi voluntas effi
ciēs.i.deficiēs ſeu defectus/ſeu inordina//
tio volūtatis/ſeu volūtas carēs directiōe
regule rōnis et legis diuine. Que quidez
ſi intēdit aliqđ bonū cōmutabile:eſt cau//
ſa actus quidē peccati per ſe:ſed inordina
tionis actus ꝑ accidēs ⁊ p̄ter intentionē.
Prouenit em̄ defectus ordinis in actu ex
defectu directiōis in voluntate:⁊ hoc ſen
tit Tho.j.ij.q.lxxv.ar.j.Sed tunc inſtat
ꝙ cuz omne malum ſit p̄ter intentionē et
voluntatē agentis:vt dicit Dio.iiij.de di
uinis noibus.⁊ ꝓbatur in.iij.cōtra genti
les.c.iiij. Uidetur ꝙ pctm̄ cū ſit maluz ſit
p̄ter intentionē agentis. ergo nō videtur
eſſe pctm̄:quia de rōne peccati eſt ꝙ ſit vo
luntariū/vt hic dicit. Et p̄terea omne qđ
eſt p̄ter intentionē agētis dicit eſſe a caſu
vel a fortuna.vt nota.in.iij.ꝯtra gentiles
c.iij.ſed inordinatio peccati eſt p̄ter inten//
tionē vt dictū eſt:ergo eſt a caſu. Caſualia
aūt nō imputant nobis.ergo ⁊c̄.Solutio
nem horū vide in.iij.cōtra gentiles.c.vj.
Preterea videtur ꝙ voluntas nō ſit cauſa
efficiēs peccati:quia nō pōt eſſe idem ſub
iectū peccati/⁊ cauſa efficiēs:qꝛ cauſa effi
ciens ⁊ materialis incidūt in eiſdē:vt dici
tur in.ij.phyſicoꝝ. Sed volūtas eſt ſubie
ctū peccati.ergo ⁊c̄.Sed ⁊ nota ꝙ ratio il
la ꝓcedit in cauſis efficiētibꝰ quarū actio
nes trāſeunt in materiā exteriorē:⁊ ꝙ non
mouēt ſe ſed alia:cuiꝰ contrariū eſt in vo//
luntate.⁊ ideo ratio nō ſequit. Ex predi//
ctis ergo patz/ꝙ malū nō eſt pctm̄ niſi ſit
volūtariū.⁊ ideo ſi homo faceret aliquid
ex violētia in nullo peccat.ſi vis infertur
p̄ciſe vel abſolute.l.di.preſbyteros. Secꝰ
autē ſi ſit cōditionalis ſicut metꝰ:quia ta
lis metꝰ nō totaliter excuſat a pctō:quia
nō totaliter tollit voluntatez. Uñ ⁊ Glo.
dicūt ꝙ coacta voluntas voluntas eſt:vñ
nō excuſat a toto:licet excuſet a tāto. Ex//
tra.quod metus cauſa.ſacris.et de bapt.
maiores. Et Thom̄.idez vult pte.ij.q.vj.
¶ Scđa diffinitio peccati dat ab Augꝰ.
ſm cauſam materialē.xij.ꝯtra Fauſtū ſic.
Peccatū eſt dictū vel factū vel concupitū
ꝯtra legē eternā.i.dei. In qua quidē diffi
nitiōe ponūtur duo. Unū.ſ.qđ ꝑtinet ad
ſubſtantiā actus humani:qđ eſt quaſi ma
teriale in pctō/cū dicit: Dictū vel factū vl'
cōcupitū. Aliud aūt qđ ꝑtinet ad rationē
mali:qđ eſt cauſa formalis cū dixit: Con
tra legē eternā. De hac aūt diffinitiōe vi//
de latius ꝑ Tho.j.ij.q.lxxj.ar.vj. ¶ Ter
tia diffinitio peccati eſt ſm cām formalē:
⁊ datur ab Amb.ſic. Pctm̄ eſt p̄uaricatio
legis diuine ⁊ celeſtiū:inobediētia man//
datoꝝ. Quā quidē diffinitionē exponere
omitto. Uel dic ſm Aug. Pctm̄ eſt priua
tio ſpeciei/modi/⁊ ordinis. Declara vt ha
betur in ſermone ſeptuageſime:q̄ incipit.
Quid hic ſtatis tota die ocioſi.in itroitu.
¶ Quarta diffinitio pcti dat ab Augꝰ.
ſm cauſam finalē:⁊ eſt iſta. Pctm̄ eſt ſp̄re
to incōmutabili bono rebus mutabilibꝰ
adherere. Circa quā diffinitionē notādū
ꝙ in pctō duo ſunt. Primuz eſt auerſio a
creatore. Scđm eſt cōuerſio ad creaturā.
Deus aūt dicit bonū incōmutabile:⁊ cre
atura bonū mutabile. Uide in ſermonibꝫ
xl.de penitētia.ſer.j.in introitu. Iſtoꝝ au
tē duoꝝ primū eſt quaſi formale in pctō.
Scđm vero eſt quaſi materiale. Qꝛ autē
forma dat eſſe rei:iō cōuerſio ad creaturā
nō habet rōnem peccati niſi ex auerſione
in q̄ eſt deformitas ⁊ cōtemptus. Qꝫ aūt
ratio cōuerſionis actus nō ſit pctm̄/ꝓbat.
Qꝛ qñqꝫ ſine aliq̄ pctō cōuertit q̇s ad cre
aturā:vt cū cōuerſio ſeu delectatio eſt na//
turalis ſm qđ viſus delectat in viridi/gu
ſtus in dulci:⁊ ſic de aliijs. Quādoqꝫ etiā
cū merito:qñ.ſ.illa delectatio refertur ad
deuz. Uñ ps̄. Delectaſti me dñe in factu//
ra tua. Da exēplū de cōtemplantibꝫ crea
turas vt cognoſcāt ⁊ diligant creatorem.
Quādoqꝫ cū pctō veniali tm̄:vt cuz quis
delectat in creatura plus debito:ſꝫ tamē
circa deū. Da exemplū de primis motibꝰ
vel aliijs peccatis venialibꝫ:vt infra dicet
dño cōcedente. Quādoqꝫ cū pctō mortali
vt qñ ꝯuerſio eſt cū auerſione a deo/vt di
ctū eſt. Qꝛ aūt cōuerſio eſt ad aliq̄d ⁊ ha//
bet actū nature ſubſtractū.i.ſubnixū:iđo
pctm̄ accipit in mltiplicationē ⁊ numerū.
Uñ cōuerſio inordinata ad ꝓpriā excellē
tiā dicit ſupbia. Cōuerſio vero inordina//
ta ad bona tꝑalia dicit auaritia. Conuer
ſio ꝟo inordinata ad delectatiōes venere//
as dicit luxuria. Cōuerſio ad vindictā di
citur ira. Cōuerſio ꝟo inordinata ad cibū
⁊ potū dicit gula:⁊ ſic de aliijs mortalibꝰ.

Sed nota q̄ cū actus morales accipiant
formā ex fine.i. ex intētione finis agētis:
vt notat Tho. pte.ij.q.j.ar.iij.videtur q̄
cauſa formalis ꝛ finalis pcti ſit eadē. Sꝫ
rn̄de q̄ quantū ad actū pcti/pctm̄ accipit
formā ex fine vt dicit̄ in argumēto:ſed ſm̄
hoc actus nō habet rōnem pcti. Quantū
vero ad inordinatōeꝫ actus:forma actus
pcti eſt ipſa p̄uaricatio diuine legis:vt di
citur hicſupra in ꝓxima pte.j.diffinitiōe.
Vel dic meli⁹.q̄ ipſius pcti in genere for
ma eſt inordinatio act⁹:ſed ipſius pcti in
ſpecie forma eſt finis intent⁹a peccante:q̄
finis eſt obiectū forme ip̄ius act⁹. Si igi
tur pctm̄ in genere ſortit̄ formā ex auerſi/
one a deo:ſed pctm̄ in ſpecie ſortit̄ formaꝫ
ex ꝯuerſiōe ad creaturā. Ex p̄dictis ꝫ ptꝫ
q̄ pctm̄ formalit̄ loquēdo nō eſt niſi priua
tio q̄dā defectus ꝛ corruptela. Et qꝛ defe
ct⁹ ſunt p̄uatiōes bonoꝝ:ꝛ p̄uatōes nihil
ſunt ſm̄ ph̄m.ſic̄ tenebra q̄ eſt p̄uatio lucꝫ
iō pctm̄ dꝛ eſſe nihil.ſꝫ tn̄ alicui⁹ eſt:qꝛ ali
cui⁹ ſp̄ boni p̄uatio eſt. Dicit̄ aūt pctm̄ eē
nihil triplici ratione:ſed ꝓ intellectu hoꝝ
declara Primo quō duo ſunt in peccato.
ſcꝫ actus/ꝛ inordinatio rōnis actus. Ver
bi gratia in homicidio vel furto ꝛc̄. Act⁹
quidē nō eſt pctm̄ ſm̄ ſe:ſed ordinatio ra/
tionis facit illud eſſe pctm̄. Pone exēpluꝫ
de iudice faciēte mori hominē ſuadēte iu/
ſtitia. Item in deo precipiēte Abrae occi
dere filium Gen̄.xxij.ꝛ in rebus Egypti/
orū ablatis p̄ Iſraelitas precipiēte domi
no Exo.vij. Patet ergo q̄ actus de ſe non
eſt pctm̄/ſed defectus rationis:ꝛ hoc non
eſt niſi priuatio ſicut tenebra ꝛc̄. Et iō ni
hil eſt iſta. tamē inordinatio non pōt eſſe
ſine actu:quia om̄e malū eſt in bono. Pro
batur ergo triplici ratiōe q̄ pctm̄ nihil eſt
Prima ꝓpter defectū:qꝛ pctm̄ vt dixi nō
eſt aliqua res naturalis/ſed defectus bo/
ni ſiue corruptio. Exēplū vt dictū eſt ptꝫ
de tenebra que nihil aliud eſt niſi p̄uatio
lucis:ꝛ ſic nō eſt aliud niſi nō exiſtētia lu/
cis per modū priuatiōis.nō eſſe aūt nihil
eſt:ꝛ hoc clarius ꝓbatur ſic ſm̄ Boetiuꝫ.
Conſtat deuꝫ oīa poſſe/nec eſſe aliud qđ
nō poſſit ſi velit:ſed peccare nō poteſt:vt
patꝫ clare.ergo pctm̄ nihil eſt/cū illud nec
in ſe nec in alio poſſit de⁹. Nec eſt inſtātia
ſi dicas q̄ currere/latrare:vel ſilia operari
nō poſſit.qꝛ ꝛ ſi talia nequeat facere in ſe
ip̄o:ea tamē facit in alio.qꝛ imutabilis in
ſe manēs. Terrarum celiq́ꝫ ſator q̄ tp̄s ab
euo Ire iubes:ſtabiliſq́ꝫ manēs das cun
cta moueri. Sed pctm̄ ſicut nec in ſe/ita
nec in alijs pōt efficere. Et ſic ꝯſtat pctm̄
nihil eſſe. Ad idē. Omne qđ eſt/eſt a deo
qꝛ oīa per ip̄m facta ſunt Io.j. Sed pctm̄
nō eſt a deo. Qđ ꝓbatur:qꝛ om̄e qđ eſt a
deo diligit de⁹.iuxta illud Sap̄.xj. Nihil
odiſti eoꝝ que feciſti.ſed pctm̄ eſt exoſum
deo:iuxta illud Sap̄.xiiij. Odio ſunt deo
impi⁹ ꝛ impietas ei⁹. Et Ps̄. Odiſti oēs
q̄ opant̄ iniq̄tatē.ergo pctm̄ nō eſt a deo.
Et h̄ pōt eſſe vna alia ratio q̄ pctm̄ eſt ni/
hil. Dicit glo. Aug. Nihil.i.pctm̄.ꝛ ſic poſ
ſet ꝯgrue exponi illud Io.xv. Sine me ni
hil poteſtis facere. ¶ Scđa ratio q̄re pec
catū eſt nihil/eſt ꝓpter effectū:qꝛ facit ho
minē nihil eſſe,nō quidē quātū ad eſſe na
turale/ſed q̄ntū ad eſſe ſp̄ūale.qꝛ per pec/
catū priuat̄ homo gratia ꝛ charitate:ꝛ ce/
teris virtutibꝫ infuſis ꝛ donis/ꝓpter qđ di
citur hō nihil ꝛ ad nihilū redigi.q̄ntuꝫ ad
eſſe ſp̄ūale: vt dixi:cuꝫ peccāt mortalit̄.iu
xta illud.j.Coꝛ.xiij. Si habuero ꝓphiam
ꝛ nouerim myſteria oīa ꝛ oēm ſcientiā:et
ſi habuero oēm fidē ita vt montes transfe
ram:charitatē aūt nō habuero/nihil ſum
Itē Hiere.x. Corripe me dñe.verūtamē
ī iudicio ꝛ nō ī furore tuo:ne forte ad nihi
lum rediges me. ¶ Tertia ratio eſt ꝓpter
deſpectū:qꝛ viliſſimū facit hoiem ꝛ indi/
gniſſimū om̄i p̄mio. Vn̄ dꝛ Aug.q̄ pctōr
nō meret̄ panē quem mādučat. Hiere.ij.
Quā vilis facta es ni.ite.vi.r. Et h̄ ptꝫ ex
loco vbi pctōres ponūt̄:qꝛ loc⁹ ꝓportiona
ri dꝫ locato. Vilioꝛ aūt loc⁹ vniuerſi eſt in
fern⁹.tū rōne ſic̄ qꝛ eſt infim⁹.tū rōne fe/
toris qꝛ ꝛc̄. Et iō ptꝫ ex h̄ q̄ ipſi pctōres ſīt
viliſſimi q̄ ibi ponunt̄. Itē ptꝫ ex ꝯditiōe:
qꝛ ſeru⁹ efficit̄ hō p̄ pctm̄. Dicam⁹ aūt q̄
ſuit⁹ eſt viliſſima ꝯditio.ꝛ q̄nto vilioꝛ eſt
patron⁹/tāto vilioꝛ ē ſeru⁹. Quid aūt vi/
li⁹ eſt pctō: Nihil eſt. Tanto eīn vilioꝛ eſt
res q̄nto magꝭ diſtat a dō.nihil aūt tm̄ di
ſtat a deo q̄ꝫ illđ eſt:qꝛ p̄m⁹ gradus q̄ ap
ꝓpinquat̄ deo eſt eē:pctm̄ autē eſt nihil.ꝫ
eſt viliſſimū. Pctōr autē fit ſeru⁹ peccati.
Ioā.viij. Qui facit pctm̄ ſeru⁹ eſt peccati.
ergo eſt viliſſimus ꝛ pluſq́ꝫ peccatū cuius



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſt ſeruus: ⁊ ex hoc debꝫ homo abhorrere peccatū. Aug. Appende te ex precio/ ne tibi vileſcas. Sene. Si ſcirē deos ignoſcituros ⁊ hoies ignoraturos: adhuc tamen abhorrerē peccatū. Idē phs. Maior ſum ⁊ ad maiora natus: q̄ꝫ vt fiam mancipiuꝫ corporis mei. Cice. iij. offi. lib. ſuaſum eſſe debet. Si oēs deos hominesq̄ꝫ celare poſſemus: nihil tamen auare/ nihil iniuſte/ nihil libidinoſe/ nihil incōtinent̄ eſſe faciendum. Patet ergo ex p̄dictis ꝙ peccatū dicitur nihil. Sed reſtat modo quedā dubitatio. Si peccatū nihil eſt/ quare ergo dicitur occidere hominē ſpūaliter? Conſtat em̄ ꝙ occidi eſt paſſio: oīs auteꝫ paſſio eſt ab actiōe. ergo occidere eſt actio: ſed quod nihil eſt nihil agere pōt. ergo occidere hominē poteſt. Quomodo ergo in ſcriptura peccatores mortui appellātur? Ps. Non mortui laudabūt te domine. Iteꝫ Iac. j. Peccatū cum cōſummatū fuerit generat mortē. Preterea ſi peccatū eſt nihil: q̄ eſt diuina iuſtitia que ꝓ peccato hominē eternaliter punit? Nam ꝓ nihilo hominē eterne pene tradere nō videtur opus eſſe iuſtitie: vt patet ex ſe. Sed reſpōdeo ꝙ ad agēdum ſemꝑ requirit̄ aliquod agens: ſed ad deficiendū nomē agens requirit̄: ſed ſufficit ꝙ ab actione ceſſet̄. Totus autē actus peccati nō eſt actio/ ſed defectio: ⁊ ideo nō requirit̄ ꝙ peccatū aliud agat: quia nihil agere pōt cum ſit defectus. Occidit ergo peccatū hominē non agendo/ ſed deficiendo ſeu nihil agēdo. Vel dic ꝙ illud quod eſt nihil nō poteſt eſſe cauſa alicui⁹ per ſe/ pōt tamē eſſe cauſa ꝑ accidens. ſicut remotio ꝓhibētis: ſicut patet de ignorātia/ que eſt priuatio ſciētie. Nihil em̄ eſt: tamē eſt quādoq̄ꝫ cauſa peccati inquantū eſt priuatio ſcientie qua ꝓhibetur pctm̄. ⁊ ita dicit Tho. j. ij. q. lxxvj. ar. j. ad p̄mū. Et ſic peccatū dicit̄ cauſa per accidēs occiſionis anime ⁊ dānationis/ inquantū. ſ. ꝙ priuat hominez gratia que eſt vita anie. Et ad hoc intelligendū nota tria exempla.

Primū erit exemplū naturale
Secundū eſt exemplū morale
Tertiū eſt exemplū ſcripturale.

¶ Exemplū ergo naturale eſt iſtud. Non mādūcare nō eſt aliud facere: ⁊ tamē ſi q̄s nō comederet moreret̄: quia mori eſt a vita deficere. ⁊ iō mori quis pōt nihil omnino agens: ſed ab actiōe ſe ſubtrahēs. Sic ⁊ nō ambulare nō eſt aliquid facere: ⁊ tamen ſi diu quis in cippo teneret̄/ perderet vſum ⁊ ſcientiā ambulandi. Sic ſi diues vidit pauperē fame vel frigore morientem ⁊ nihil ei dat: dicit̄ ip̄m occidere cū tamē nihil faciat. Unde Amb. lxxxvj. diſt. Paſce fame morientē ſi nō paueris/ fame occidiſti. Patet ergo ꝙ ad purū defectū nulla cauſa agens req̄rit̄: ſed ſufficit ꝙ ab eo q̄d eſt faciendū ceſſetur. Patꝫ ergo primū exemplū naturale. ¶ Scōm exēplū eſt morale. Verbi gratia. ſi rex p̄ciperet ꝙ quilibet vadat ad eccleſiā vel cōuiuiū: q̄d ipſe facturus eſt ſub pena capitis vel alterius mēbri: aliquis nō iuit. manifeſtū eſt ꝙ nō eundo nō facit aliquid: ſed nihil facit: q̄a ſolū omittit: ⁊ tamē odium regis ⁊ penaꝫ incurrit. Nec obſtat ſi dicas: ꝙ hec plana vident̄ eſſe in p̄ceptꝫ affirmatiuis: ſed q̄ntum ad negatiua p̄cepta queſtio nō videt̄ ſoluta. Nunquid em̄ fornicari/ furari ⁊c. Nō eſt aliud facere. Ad q̄d reſpōdetur ꝙ cum dico hominē occidere/ duo dico: ſm ꝙ hominē occidere eſt peccatū. Naꝫ dico primo actum. ſ. qui eſt occidere hominē. ſecundo dico defectū circa actū. ſ. volūtatis Dico ergo ꝙ ille actus ſm ſe nō eſt mal⁹: quinimo eſt a deo ille actus peccati. cui⁹ ratio eſt: quia cū ille act⁹ peccati ſit quidē motus liberi arbitrij. deus autē eſt cauſa omniū motionū: vt Aug⁹. dicit. iij. de trinitate. ſequit̄ ꝙ volūtas dei ſit cauſa act⁹ peccati. ⁊ hoc vult Tho. j. ij. q. lxxix. ar. ij. Nec in hoc pctm̄ ſm ſe: q̄ vt dixi ſup̄/ act⁹ nō habet rōnem peccati ex ꝑte cōuerſiōis ad creaturā. ⁊ hoc ptꝫ: q̄ aliq̄n quis ꝑpetrabit actū qui in genere nature erit mal⁹ tñ ex aliqua circūſtantia erit bon⁹: vtputa q̄ ſuadet iuſtitia: bene ⁊ meritorie pōt q̄s hoiem occidere ſi habet iuriſditionē. Vñ ⁊ q̄nq̄ꝫ a deo ille act⁹ eſt iuſſus: vt patꝫ in Achior Ioſue. vij. in Chananeis ⁊ ceteris gentib⁹ inimicis ꝑp̄li iſrl': quos de⁹ precepit occidi. ſic ⁊ p̄cepit Sauli vt interficeret regē Agag cū omni ꝑp̄lo ei⁹. ſ. Amalechitaꝝ: ⁊ interficeret oēs a viro vſq̄ꝫ ad mulierē: ⁊ ꝑuulū atq̄ꝫ lactantē. bouē ⁊ ouē camelū ⁊ aſinū. j. Re. xv. ⁊ in m̄ltis alijs locis ſc̄pture. Sicut etiā ptꝫ de Abraā: cui

ꝑcepit vt occideret filiū Geñ.xxij. Unde ⁊ apl's dic̄/ꝙ nō ſine cauſa gladiuꝫ portat Ro.xiij. ergo actꝰ pc̄ti nō eſt malū ſm ſe ſed eſt a deo: ſed deformitas circa actuꝫ q̄ eſt defectꝰ volūtatis q̄ formalit̄ eſt pc̄tm̄ nihil eſt: qꝛ eſt tm̄ boni priuatio. et iō queſtio ē ſoluta/ vt priꝰ. Nō tñ eſt ꝯcedēdū ꝙ fornicari ⁊ furari/ ⁊ ceteri actꝰ cōſil'es ſint a deo: qꝛ talia noīa nō dicūt puꝝ actū/ ſed actū deformatū aliqua deformitate. Uñ qñ filij iſrael ſpoliauerūt egyptū/ nō fuit ibi rapina vel furtū: qꝛ furtū eſt cōtrectatio rei aliene inuito dño. ſed ibi facta fuit trāſlatio dñij illaꝝ rerū ab egyptijs ad hebreos ab eo cuiꝰ eſt terra ⁊ plenitudo eiꝰ.

¶ Tertiū exēplū ſcp̄turale habet̄ in multis locis noui teſtamēti. Primo hr̄ Mat. xxij. Amice quō huc intraſti nō habēs veſtē nuptialē? At ille obmutuit. Tūc dixit rex miniſtris. Ligatis manib) ⁊ pedibus eiꝰ mittite eū in tenebras exteriores. Ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiū. Quid ꝑ veſtē nuptialē niſi charitas deſignat̄? Quā qui nō habet/ nihil facit. ⁊ tamē dignꝰ eſt pena eo ꝙ ꝯtra p̄ceptū chr̄i facit. Sicut etiā ſi rex p̄ciperet ꝙ quicūqꝫ ex ſeruis ſuis tale nō haberet veſtimētū/ ſed appareret nudus: igni tradere̅t. certū eſt ꝙ quicūqꝫ nō haberet illud veſtimentū: pene ignis ſubiaceret. nec dānaret̄ iſte ꝓ nihilo: ſed qꝛ ſignū non habet amicitie regie ꝙ tenet̄ habere. veſtimēta aūt anīe quid ſunt niſi virtutes ⁊ dona q̄ hō quilibet tenet̄ habere. Camiſia ſignificat caſtitatē que cōtingit carnē. Diplois ſignificat hoīem ſignatuꝫ abſtinētia: q̄ eſt neceſſaria ad caſtitatē ſeruandā. Per tunicā ſignificat̄ charitas: vt ibi dicit̄. Per chlamydē ſiue mantelluꝫ ſignificatur patiētia q̄ defendit ab eſtu ⁊ a pluuia a verbis et cōtumelia. Et iō ſi hō talia veſtimēta virtutū nō habet: meretur penā. Uñ Apoc.xvj. dicit̄. Btūs qui vigilat ⁊ cuſtodit veſtimenta ſua/ ne nudus ambulet ⁊ videāt turpitudinē eius. Turpitudo aūt huiꝰ/ eſt turpitudo pc̄tōꝝ que operit̄ a veſtimēto charitatis. Prouer.x. Uniuerſa delicta operit charitas. Uñ.j. Pe.iiij. Charitas opit multitudinē pc̄tōrū. Ps. Bt̄i quoꝝ remiſſe ſunt iniq̄tates ⁊ q̄ꝝ tecta ſunt pc̄tā. Sic ⁊ ſc̄dō habet̄ exemplū in ficulnea in ſcriptura, cui maledixit dñs: qꝛ fructus in ea dū q̄reret nō inuenit: vt legit̄ Mat.xxj. Sic ⁊ tertio habet̄ exēplū de ficulnea: quā quidā plantatam habebat in vinea ſua: ⁊ venit querēs fructū in illa ⁊ non inuenit. Dixit aūt ad cultorē vinee. Ecce anni ſunt tres ex q̄ venio querēs fructū in ficulnea hac ⁊ nō iuenio Succide ergo illā. Ut quid ergo terram occupat? Luc.xiij. Igit̄ etiā ſic pro nihilo arbor hūana a deo ſuccidit̄: qꝛ fructꝰ in ea debitus nullatenꝰ inuenit̄. Nullus eſt em̄ hō qui vineā haberet in qua plurimū expendiſſet/ ⁊ in ea excolenda plurimū laboraſſet: nihilqꝫ de cōtingentib) omiſiſſet. ꝙ ſi illa fructus nō afferret/ q̄n eā iuberet incidi/ ⁊ oīa eiꝰ igni tradi. Sed quis homo vnq̄ꝫ tantū laborauit in mōo in vinea ſua q̄ntū chr̄s in ſua: q̄ eſt aīa humana? Quis vnq̄ꝫ ſic vineā excoluit: q̄s in ea tāto laborauit labore? Quis ꝓ vinea ſua in morteꝫ ſe tradidit niſi chr̄s? Uñ in figuraꝫ huius Naboth figurās chr̄m ꝓ vinea ſua ē mortuꝰ.iij. Re.xxj. eo ꝙ eā Achab regi diabolū ſignificāti tradere noluit. Ergo hmōi vinea ē iuſtiſſime icidēda igniqꝫ tradēda ſi poſt tātos ſudores ⁊ tā amplas expēſas nullū ſuo dño fructiferat. Igit̄ tota ſollicitudine laboremꝰ vt chr̄s in vinea anime nr̄e fructus ōbitos ſuo tp̄e recipiat: vt ſic habeamꝰ denariū diurnū: q̄ ex cōdigno laborantib) eſt ꝓmiſſus. Mat.xx. Hoc aūt faciemꝰ ſi totis virībꝰ pc̄tm̄ quaſi a facie colubri fugiamꝰ. Formalit̄ ergo ad argumentū reſpōdendū: cū dicit̄: ꝙ ſi pc̄tm̄ eſt nihil: g̊ pc̄tōr dānat̄ ꝓ nihilo: qō eſt inconueniēs. Rñdeo ꝙ dānari pc̄tōrē ꝓ nihilo accipit̄ dupliciť. Uno mō ꝓ nihilo.i. ſine cauſa. ⁊ ſic nullus dānatur ꝓ nihilo. Alio mō ꝓ nihilo.i. non ꝓ aliq̊ poſitiuo. ⁊ ſic dānat̄ pc̄tōr ꝓ nihilo: nō tñ ſine cā.ſ. p̄uatiua. vt ptꝫ in ſil'itudinib) ſupra poſitis.

## ¶ Quare deꝰ fecit hominē peccabilem. Sermo.ij.

Quaſi a facie colubri fuge pc̄tm̄. Eccl'i.xxj. Hoc mane dño ꝯcedēte continuādo materiā p̄mi articuli de pc̄tō in genere/ intendo p̄dicare de peccabilitate hominis: q̄re.ſ. deꝰ fecit hoīeꝫ talē ꝙ peccare

poſſet:ſiue quare deꝰ fecit hoīem peccabi
lem: vbi etiā ſoluet̄ queſtio quorūdam cu
rioſe q̄rentiū/quare deꝰ cuȝ preſciret ip̄m
cōtinuo peccaturū creauit. Nā in ſtatu in
nocētie nō ſtetit homo niſi per ſpaciuȝ cir
citer ſex horaꝝ/a mane.ſ.vſq ad meridiē.
Salutet̄ primo virgo ⁊c̄. Pro huiꝰ ergo
materie intellectu clariori eſt notādum/
ꝙ ꝯcluſio vera eſt in ſacra theologia/ꝙ di
uina ſapiētia qua oia creata ſunt creauit
oēs creaturas in quibus pōt cadere ꝓctm̄
cū defectu peccabilitatis.i.poſſent pecca
re:in cuiꝰ ſignū peccauerūt alique ipſarū.
Et vide prius de angelis qui ſm̄ naturaȝ
ſuā in qua creati ſunt peccare potuerunt.
⁊ ſic potuit ꝑ effectū de Lucifero/et alijs
angelis apoſtatis ⁊c̄. Sed qui fuerūt fir
mi: vt Michael/Gabriel/et reliq̄:fuerūt
poſtea ꝯfirmati in gratia.adeo vt peccare
amplius non poſſint/ex gratia non ex na
tura. Primi auteȝ.i.rebelles fuerūt retru
ſi ad infernū.ſicut pȝ Apo.xij. Ratio aūt
q̄re angeli ſunt peccabiles creati/eſt:quia
de nihilo creati ſunt. ⁊ hec etiaȝ ratio pōt
cōpetere ſiue aſſignari in hoibus q̄re ſunt
peccabiles. Vide per Tho.ſup.ij ſent.di.
xxxij.q.j.ar.j.⁊.ij.⁊ di.ij.q.j.ar.j. Sic etiā
ptȝ de hoibꝫ.qui licet fuerūt a deo creati a
principio in gr̄a:tn̄ peccabiles fuerūt ⁊ de
facto peccauerūt.qꝛ gr̄a nō habet cogere
ſed ꝑficere liberū arbitrium.ꝓpter qd̄ dicit
ſcriptura. Inueni ꝙ fecerit deus hoieȝ re
ctum:⁊ ipſe ſe infinitiſ miſcuerit q̄ſtionibꝫ.
Eccl'ſ.vij. Nota Rectū.hec rectitudo cō
ſiſtebat principalit̄ in tali ſubiectiōe anie
humane ad deū.vt infra patebit latiꝰ cuȝ
de pctō originali aget̄. Nota Infi.ſe miſ.
q̄ſtionibꝫ. Et hoc ꝓpter pctm̄:ꝓpter qd̄ ha
bet queſtionē hō cū deo/⁊ cū ꝓximo/et cū
ſeipſo. Aug. Juſſiſti dn̄e et ſic eſt:vt pena
ſibi ſit oīs inordinatꝰ animꝰ. Et Job.vij.
Poſuiſti me cōtrariū tibi/⁊ factꝰ ſum mi
himet ipſi grauis. Ex hoc g̊ defectu pecca
bilitatis ꝓceſſit pctm̄ primoꝝ parentum.
ex quo ita eſt ꝓſtrata hūana natura/et ad
malū inclinata:ꝙ exceptis chr̄o ⁊ virgine
Maria/nullus hō mūdi q̄ntūcunq fue
rit ſanctitatis/fuit a pctō imunis. Vn̄.j.
Jo.j. Si dixerimus qꝛ pctm̄ nō habemꝰ:
ipſi nos seducimꝰ/⁊ veritas in nobis non
eſt. Et Augꝰ.in lib.de natura et gr̄a. Si
oēs ſancti ⁊ ſctē dū hic viuerēt interrogati
fuiſſent/vtrū ſine pctō eſſent:oēs vna vo
ce ꝑxiſſent. Si dixe.ꝙ.pec.nō ha.ip.nos
ſe.⁊ ve.in no.nō eſt. Vn̄ Aug.xiiij.de ci.
dei.c.ix. Nunc.i.in vita p̄ſenti ſatis bn̄ vi
uitur ſi ſine crimine viuit̄. Sine pctō autē
q̇ ſe viuere exiſtimat:non id agit vt pctm̄
nō habeat/ſȝ vt veniā nō accipiat. Ratio
aūt huiꝰ peccabilitatis in hoie habet̄ per
regulā ph̄ie/q̄ dicit. Qd̄ a natura eſt ſꝑ in
eſt. Da exēplū de nigredine corui/⁊ de al
bedine cygni/⁊ de pictura pauonis/⁊ viri
ditate papagalli/⁊ de riſibilitate hois ⁊c̄.
Modo ad ꝓpoſitū ꝑ ſcripturā noui ⁊ vete
ris teſtamēti clare habet̄ ꝙ peccare eſt ho
minibꝫ a natura.nō quidē q̄ntū ad cōſum
mationē pcti/ſed q̄ntū ad inclinationeȝ ⁊
mediationē. Nā in pctō cōcurrūt tria ſeu
tres gradus ſcȝ principiū/mediū/⁊ finis.
Principiū peccati ꝓcedit a ſenſu.i.a ſenſu
alitate.a quo ſenſu oīs nr̄a cognitio origi
natur. Verbi gr̄a.videt hō mulierē/et ex
hoc incipit pctm̄.ſic de auditu/odoratu/ta
ctu ⁊c̄. Deinde ꝓcedit ad cogitandū. Sic
ergo ſenſus hois eſt principiū pcti/⁊ cogi
tatio eſt mediū.ſed ſenſus q̇ eſt principiū
pcti/⁊ ipſa cogitatio q̄ eſt mediū:ſunt na
turalit̄ inclinati ad malū potius q̄ȝ ad bo
nuȝ. Auctoritas. Senſus em̄ ⁊ cogitatio
humani cordis ꝓna ſunt ad malū ab ado
leſcētia. Gen̄.viij. Patet g̊ ꝙ principiuȝ et
mediū pcti ſūt a natura. Et hoc ꝓcedit ex
corruptiōe pcti originalis:qd̄ eſt cōtra na
turale nobis.ex quo ꝓcedit ꝓnitas ad ma
lum ⁊ difficultas ad bonū. Ro.vij. Con
delector em̄ legi dei ſm̄ interiorē hoiem:
ſed finis.i.ꝯſūmatio pcti eſt a voluntate.
que ſi aſſentit principio ⁊ medio:perficit̄
pctm̄ mortale. Pctm̄ aūt cū ꝯſūmatū fue
rit generat mortē. Jac̄.j. Et q̄ntū ad hoc
.i.ꝯſūmationē pcti pctm̄ eſt cōtra naturā
hois. Ratio:q̇a natura hois eſt a forma.
Forma aūt hois eſt aīa rōnalis.⁊ iō que
cunq ſunt cōtra rōnem naturalem hois/
ſunt ꝯtra naturā hois. hmōi aūt eſt vitiū
⁊ pctm̄.ergo hoc reſpectu vitiū ⁊ peccatū
ſunt cōtra naturā hois. virtutes aūt ſunt
naturales hoi. Vnde dicit Tul.in rheto.
ſua:ꝙ ꝟtus eſt habitꝰ in modū nature ra
tioni cōſentaneus. Qd̄ quō intelligit̄/vi
de Tho.j.ij.q.lxxj.ar.ij.⁊.q.lxiij.ar.j. Pȝ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ergo ꝙ pctm̄ ineſt a natura homini quãtũ
ad principiũ ⁊ mediuz. Sed ꝓbemus hoc
ꝑ auctoritates clariores. Prima habetur:
qm̄ in veteri teſtamẽto. Nequã eſt natio
eorũ: ⁊ naturalis malitia ipſoꝝ non pote/
rat mutari cogitatio eorum in perpetuũ.
Sap. xij. Itez Eccl'i. xj. Error et tenebre
pctõribꝫ cõcreta ſunt. Itẽ pſ. lviij. Aliena
ti ſunt pctõres a vulua: errauerũt ab vte/
ro ⁊c̃. Nota i auctoritate ſuꝑiori Nequaz
.i. nõ equa. qꝛ a principio fuerat formatus
hõ a deo ⁊ mulier in magna equitate: in
tantũ ꝙ ſenſus ⁊ cogitatio cõcordabãt cũ
rõne. Vñ cuz eſſent nudi in paradiſo ⁊ il/
la eſſet pulcherrima mulierũ q̃ vnq̃ꝫ fue/
runt in mũdo / excepta virgine Maria: tñ
nõ erubeſcebãt / nec inſurgebãt motus ſen
ſualitatis: ⁊ hec vocabaꝛ originalis iuſti/
tia. Sed poſtq̃ꝫ peccauerũt: abſtulit de⁹
in penaz peti dictã equitatẽ ⁊ remãſerunt
in puris naturalibꝫ: ⁊ ſtatim fuit i eis mo
tus ſenſualitatis ⁊c̃. Intantũ ꝙ fecerũt ſi
bi perizomata. i. brachas de folijs ficus:
et poſtmoduz ſine vlla equitate nati ſunt
oẽs hoies mundi / p̄ter chr̄m ⁊ virginẽ. iõ
ſubdit. Naturalis malitia. i. pctm̄. Et ſic
ptꝫ ꝙ pctm̄ quantũ ad principiũ et mediũ
ẽ naturale homini. Alia auctoritas in no
uo teſtamẽto habeꝛ ab apl'o. Nos omnes
aliqñ ꝯuerſati ſumus in deſiderijs carnis
nr̄e / faciẽtes voluntatẽ carnis. i. ſenſuali/
tatꝫ. ecce ꝑ̄ncipiũ pcti. ⁊ cogitationũ: ecce
mediũ. ⁊ eram⁹ natura filij ire ſicͭ ⁊ ceteri.
Eph. ij. Ptꝫ ergo ꝙ pctm̄ eſt naturale ho
mini: vide Tho. j. ij. q. lxxj. ar. ij. Ex hoc ꝗ
ſequiꝛ ꝙ ſemꝑ eſt in oĩbꝫ hoibus ꝑ regulã
ſupradictã. Sed diceret aliq̃s. Ego bene
acquieſco ꝑ autoritates predictas ꝙ pctm̄
ſit hoi a natura / ꝑut ſupra dictuz eſt. Sed
quero q̄re diuina ſapiẽtia naturã hois ſic
creauit vt eſſet peccabilis? Circa qõ nota
ꝙ multe rões aſſignãtur a theologis de
hoc: ſed ꝓ fundamẽto in parũ quattuor ra
tionũ / ꝑ̄ſuppono ꝙ deus creauit munduz
ꝑ̄ncipaliter ꝓpter oſtenſionẽ excellẽtie ſue
iuxta illud Prouer. xvj. Vniuerſa ꝓpꝉ ſe/
metipm̄ oꝑatus eſt dñs. ¶ Prima igiꝛ ra
tio eſt ꝓpꝉ potẽtie diuine oſtẽſionẽ: qꝛ de⁹
eſt ſolus inuẽtibilis ⁊ ĩmutabilis. Mal.
iij. Ego dñs ⁊ nõ mutor. In q̃ oſtẽdiꝛ ma
xima potẽtia dei. qꝛ cũ ſit ipſe ĩmutabilis
eſt tñ cauſa oĩm mutationũ ⁊ motionũ in
vniuerſo. iuxta illud Boetij. Stabiliſq̃ꝫ
manẽs dans cũcta moueri. Creature aũt
oẽs ſunt ex natura mutabiles: tã pure ſpi
rituales / ſicut angeli: q̃ꝫ mixte ex ſpiritu et
corꝑe / ſicut hoies: q̃ꝫ etiã pure corꝑales / ſi
cut celi ⁊ alie. Pſ. Initio tu dñe terram
fundaſti / ⁊ oꝑa manuũ tuarũ ſunt celi. ipi
ꝑibunt / tu autẽ ꝑmanes: ⁊ oẽs ſicut veſti
mẽtũ veteraſcẽt. ⁊ ſicut oꝑtoriũ mutabis
eos ⁊ mutabunꝛ: tu aũt idẽ ipſe es ⁊ anni
tui nõ defi. pſ̄. x. Nota ibi peribũt: h̄ intel
lige q̄ntũ ad q̄litates accidẽtales. q̄ntũ ꝟo
ad ſubaz nota pſ̄. cxlviij. Statuit ea i eter
nũ ⁊ in ſeculũ ſeculi. Itẽ Eccſ. j. Genera
tio p̄terit ⁊ generatio aduenit: terra autez
in eternũ ſtat. Itẽ Ro. viij. Vanitati em̄
creatura ſubiecta eſt. vanitati. i. mutabili
tati. Et lꝫ ibi exponaꝛ de creatura hũana:
nihilomin⁹ veꝝ eſt de oi creatura. qꝛ ſicut
oĩs creatura ex nihilo a deo creata eſt: ita
ad nihilũ naturaliꝉ tendit / niſi a deo cõſer
uetur. Pſ̄ Aperiẽte te manũ tuã / oĩa im/
plebunꝛ bonitate. auertẽte autẽ te faciem
turbabunꝛ. auferes ſpm̄ eorũ ⁊ deficiẽt et
in puluerez ſuũ reuertẽtur. Declara ſi vis
lati⁹ hãc rõnem ſicut ſcripſi in dñica. ij. ad
uent⁹ in ſmone q̃ incipit. Scitote qm̄ ꝓ/
pe eſt regnuz dei. ꝑte. j. ¶ Scda ratio eſt
ꝓpter diuine ſapiẽtie manifeſtationẽ / q̃ ex
malo ſcit elicere bonũ. Vñ Aug. in ench.
dicit: ꝙ deus eſt ita bonus / ꝙ nullũ malũ
fineret fieri niſi ex eo eliceret aliqõ bonũ.
Maius em̄ bonũ fuit ſecutũ humane na
ture ꝓpter peccatũ Ade / q̃ꝫ ſi nõ peccaſſet.
Nam ꝓpter pctm̄ ſuũ incarnatus eſt fili⁹
dei: ⁊ ſic de⁹ fact⁹ eſt homo: ⁊ excellentiſſi
me magnificata ẽ humana natura ſupra
naturã angeloꝝ. Nuſq̃ꝫ em̄ angelos aꝓ̄re
hendit / ſed ſemẽ Abrae aꝓ̄rehẽdit. Heb.
ij. Et hoc q̄ntũ ad vtrũq̃ꝫ ſexum. vt ptꝫ in
chr̄o ⁊ in ꝟgine matre ei⁹. qꝛ Exaltata eſt
ſancta dei genitrix ſuꝑ choros angeloꝝ ad
celeſtia regna. Iõ cantat eccl'ia in benedi
ctione cerei paſ. O felix culpa q̃ talem ac
tantũ meruit habere redemptorẽ. O cer/
te neceſſariũ Ade peccatũ. qõ chriſti mor
te deletum eſt. Hoc autẽ nõ eueniſſet / niſi
homo eſſet peccabilis. Vñ ſuꝑ illud ꝟbuz
j. Tim. j. Chriſtus venit in hunc mundũ
peccatores ſaluos facere dicit Glo. Nul/

la cauſa veniēdi fuit chřo dño/niſi pecca-
tores ſaluos facere. Tolle morbos/tolle
vulnera: ꝛ nulla cauſa eſt medicine. De h
vide Tho. pte. iij. q. j. ar. iij. ¶ Tertia ra
tio eſt ꝓpter diuine clemētie declarationē
que tāta fuit vt filiū ſuū vellet mori ꝓpter
pctoꝝ dimiſſionē: ꝛ quotidie etiaꝫ merito
paſſiōis chři remittit pctā penitentibꝫ. qđ
eſt maximū opus dei. Vñ ſup illud Jo.
xiiij. Maiora horum faciet. dicit Aug. ꝙ
Maius eſt opꝰ dei ex impio facere iuſtū
ꝙ̄ creare celū ꝛ terrā. Vñ pš. Miſeratio
nes eius ſup oia opa eiꝰ. Et in collecta di
citur. Deus q̄ oipotentiā tuaꝫ parcendo
maxime ꝛ miſerādo manifeſtas. qđ intel-
ligeꝛ quantū ad magnitudinē eius qđ fit:
nō aūt quātū ad modū agendi/ſm Tho.
j. ij. q. cxiij. art. ix. ex q̄ manifeſtaꝛ maxime
clemētia dei: que maiorē vtilitatē cōtulit
hūane nature ꝙ̄ pctm̄ Ade damnū: vt p-
bat apl's Ro. v. Naꝫ ex pctō Ade infecta
eſt natura humana quantū ad pctm̄ origi
nale tm̄ qđ ex natura contrahiꝛ. Peccata
aūt actualia non ab ipſo cōtrahunꝛ/ſed a
nřa voluntate cauſanꝛ. ſed gřa chři libera
uit humanā naturā ab omni pctō/ꝛ origi
nali ꝛ actuali. Jteꝫ pctm̄ Ade fuit cauſa
per quā humana natura pctm̄ contrahit:
gřa chři eſt nō ſolū cauſa remiſſionis pec-
catoꝝ: ſed etiā collatiōis ꝟtutis ꝛ donoꝝ.
Jtē pctm̄ Ade fuit tꝑale vſqꝫ. ſ. ad mortē
chři: quo mortuo liberanꝛ oēs q̄ baptizan
tur. ſed gřa chři eſt eterna/qꝛ ſemper dura
bit. Jō apl's Ro. v. Non ſicut delictū ita
ꝛ donū. Si em̄ vnius delicti multi mor-
tui ſunt: multo magis gřa dei et donū/in
gřa vnius hois ieſu chři in plures abūda-
uit. Nota in plures. i. multos: vt nō ſuma
tur cōparatiue ſed abſolute. Nota em̄ plu
res iuſtificātur ꝑ chriſtuꝫ/ꝙ̄ cōdemnanꝛ
ꝑ Adaꝫ. Vñ nō fit ꝯꝑatio reſpectu nūeri
ſed reſpectu abundātie boni in quo donuꝫ
chři delicto Ade preferꝛ. Jō dicit Mul-
to magis ꝛc̄. ſm Hugonē cardinalē. Vel
pōt dici ꝙ gratia chři in plures ē nata de-
ſcendere ꝙ̄ culpa Ade. quia ſi aliquis nō
iret nō per viā ſeminalē/ſꝫ alio mō virtu-
te diuina ſicut chřus: vel de manu/vel de
alio mēbro hominis ſicut Eua/nō cōtra
heret originale. ꝛ ſic culpa Ade ad iſtū nō
extenderet: ſed bene extēderet gratia chri-
ſti. ꝛ neceſſariū eſſet hunc baptizari/tum
ꝓpter characterē/tum ꝓpter preceptū chri
ſti adimplendū. De quo Jo. iij. Niſi quis
renatꝰ fuerit ex aqua et ſpirituſancto ꝛc̄.
Patet ergo quō magnificata ꝛ manifeſta
ta eſt maxima clemētia dei ꝓpter peccatū
Ade: qđ nō contigiſſet ſi homo nō pecca-
bilis fuiſſet. ¶ Quarta ratio eſt vt oſten
datur diuina iuſtitia: que ꝯſiſtit in hoc vt
bonos p̄miet ꝛ puniet malos. Nullus au
tem homo fuiſſet malus ſi peccabilis non
fuiſſet: imo neqꝫ bonꝰ. vt infra patebit in
proxima ratiōe. Et iō ad hoc vt diuina iu
ſtitia oſtenderet in redditione premioꝝ q̄
debentur bonis/ꝛ in redditiōe ſupplicio-
rum q̄ debenꝛ malis: fuit expediēs/vt hō
peccare poſſet. Et hanc rōnem tangit apo
ſtolus Ro. ix. ¶ Quīta ratio eſt ꝓpter hu
mane laudis oſtenſionē ſeu ꝑ virtutis lau
dationē. Que em̄ eſſet laus hois ſi pecca-
re nō poſſet? Nulla. Et ꝯſequēter hō non
fuiſſet dignus premio nec pena: ꝛ ſic non
eſſet paradiſus nec infernus ꝛc̄. Vide in-
fra ar. ij. ſer. iij. in introitu. in ſecūda rōne.
Laus ergo viri iuſti eſt quādo habꝫ opor
tunitatē peccandi ꝛ abſtinet ſe a peccato.
Unde dicit ſcriptura. Beatus vir qui in
uentus eſt ſine macula. Et infra. Qui po
tuit trāſgredi et nō eſt trāſgreſſus, facere
malū ꝛ nō fecit. Eccli. xxxj. ¶ Sexta ra-
tio eſt: vt boni exercitētur per malos. et ſic
meritum bonoꝝ augeatur per patiētiam
ꝛ beniuolentiā. quia boni nō ſolū patien
ter ſuſtinent/ſed etiā diligunt malos: iu-
xta conſiliū domini Matth. v. Audiſtis
quia dictuꝫ eſt: diliges proximū tuū: et o.
ha. ini. tu. Ego auteꝫ dico vobis/diligite
inimicos veſtros ꝛc̄. Nota euāgeliuꝫ. Et
hanc rationē confirmat Aug. xiiij. de ciui
tate dei: circa finem loquēs de caſu primi
hominis. Cum igiꝛ (inquit) futuri caſus
humani deus non eſſet ignarus: cur eum
non ſineret inuidi angeli malignitate ten
tari? Nullo modo quidē ꝙ vinceret in cer
tis: ſed nihilominus preſcius ꝙ ab eius ſe
mine adiuto ſua gratia/idem ipſe diabo-
lus fuerat ſanctoꝝ gloria maiore vincen-
dus. Hec ille. Si enim nō eſſent mali ho
mines: multa merita et virtutes deeſſent
bonis. quia Marcet ſine aduerſario vir-
tus: vt ait Sene. Mali ergo cōculcātes

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bonos: ſūt occaſio fabricandi coronas bonis. ⁊ ſunt occaſio ꝟtutis ⁊ augmēti p̄miorum. Verbi grā: ſi nō fuiſſet Pilatus et Herodes ⁊ Cayphas ⁊ Judas nō fuiſſet clarificat⁹ fili⁹ hominis ꝑ mortē: ꝑ quam meruit gloriā corporis: nec humanū gen⁹ fuiſſet redemptū. Itē ſi nō fuiſſet Quintianus non fuiſſet Agatha gloria martyrij coronata: ⁊ ſic de alijs. Vn̄ ſi nō fuiſſent tyranni: nō fuiſſent ſancti viri martyres. Ideo dt chr̄s. Bti eſtis cū maledixerint vobis hoies ⁊ pſecuti vos fuerint: ⁊ dixerint om̄e malū aduerſuʒ vos mētientes: ꝓpter nomē meū. Gaudete ⁊ exultate: quoniā merces vr̄a copioſa eſt in celis. Mat. v. ❡ Septima ratio eſt ꝓpter vniuerſi decorem ſeu decorationeʒ: q2 oppoſita: iuxta ſe poſita: magꝫ eluceſcunt. Nota ſimilitudinē de campo q̄ in vere apparet pulchrior ꝓpter diuerſitatē florum ⁊ coloꝝ ⁊ odorum ⁊ formaꝝ ps̄. Aſtitit regina a dextrꝫ tuis in veſtitu deaurato circūdata varie. ſic ⁊ mali bonos cōmendant/ adinuicē cōparari. Sic ecōtrario mali magis vituperanť bonis cōparati. Nec excuſationē aliquā p̄tēdere poſſunt ꝓpter fragilitatē aut ꝯcupiſcentiā aut aliā cauſam. nā ⁊ hec fuerunt apud bonos qui tamen repreſſerūt paſſiones mediantibꝫ virtutibus. contra quos dicit dn̄s. Viri niniuite ſurgent in iudicio cum gn̄atione iſta ⁊ ꝯdemnabunt eā: q2 penitētiā egerūt in p̄dicatiōe Jone ⁊ ecce plus quā Jonas hic. Mat. xij. Si em̄ in iudicio excuſare ſe vellet hō de pctō luxurie ꝓpter ꝯcupiſcentiā innatam: diceť chr̄s. Et q̄re tot ꝟgines viri ⁊ mlꝫeres abſtinuerūt ſe: ⁊c̄. Sic ſi excuſaret ſe de pctō cōmiſſo ꝓpter timorē mortis: opponet ei chriſt⁹ martyres. Sic de q̄libet ſtatu: dic p̄ctice. ❡ Octaua eſt ꝓpter creaturaꝝ conditionē ſcʒ vt homo nō ſit peioris ꝯditionis q̄ꝫ alie creature: quas om̄es ſic de⁹ adminiſtrat/ vt agere ꝓprijs motibꝫ ſinat. vn̄ etiā hoiem arbitrio ꝓprio relinq̄re debuit. Unde dt Tho. ij. ſentē. diſt. xxiij. q. j. ar. j. in corpore q̄ſtionis: ꝙ nulli creature cōicatum eſt nec cōmunicabile fuit/ ꝙ peccare nō poſſet ꝑ ꝯditiōeʒ nature ſue: nec hoc cōtingit ex imperfectione diuine potentie ſed ex impꝑfectione creature: que hoc recipere non poteſt: ⁊ etiam ex hoc ꝙ quedaʒ impoſſibilitas cōtingeret ex implicatione ꝯtradictoriuʒ/ ſecundū Tho. Debuit igiť relinquere hominē arbitrio ꝓprio: ideo dt ſcp̄tura. Deus ab initio cōſtituit hominē ⁊ reliquit illū in manū cōſilij ſui. i. in libertate arbitrij. Ecci. xv. patꝫ ergo ratio q̄re deus fecit hoiem peccabilem.

## ❡ De nouem cauſis quibus aggrauatur pctm̄. Sermo iij.

Quaſi a facie colubri fuge peccatū ⁊c̄. vbi ſupra. Proſequēdo materiā: adhuc primi articuli: ſcʒ de pctō in gn̄e ſcḋtur ꝯſiderare de grauitate ipius. ⁊ ſm q̄d attendať/ ⁊ ex q̄ vnū dicať grauı⁹ altero. Circa qd̄ nota. ꝙ q̄ſtio fit in ſacra theologia. Utrum vnuʒ pctm̄ ſit graui⁹ altero. Circa ꝙ notandū ꝙ opinio fuit ſtoicoꝝ ꝙ om̄ia pctā erant paria: ⁊ ex hoc etiā deriuatū eſt q̄rundā hereticoꝝ error: q̄ ponentes om̄ia pctā eſſe paria: dicūt etiā om̄es penas inferni eſſe pares. Mouenť aūt ipi vt refert Tho. j. ij. q. lxxiij. arť. ij. ex hoc ꝙ ꝯſiderabant pctm̄ ex parte priuatiōis tantum: prout ſcʒ eſt receſſus a ratione. Vn̄ ſiliter exiſtimātes ꝙ nulla p̄uatio ſuſciperet magis ⁊ minus/ poſuerūt oia pctā eſſe paria. Et ꝓ iſtis facit: q2 pctm̄ in ſcp̄tura quādoqꝫ diciť mors ſpūalis: iuxta illḋ ps̄. Non mortui lau. te dn̄e. Et Jaco. j. peccatū cū ꝯſummatū fuerit generat mortē. In morte aūt nō cadit magꝫ ⁊ minus cuʒ ſit pura priuatio. Non em̄ min⁹ mortuus eſt aliq̄s primo die mortꝫ ⁊ tertio vł quarto: q̄ꝫ poſt annū quādo cadauer fuerit reſolutum. Et ſiliter nō eſt magꝫ tenebroſa dom⁹ ſi lucerna ſit operta pluribꝫ velaminib⁹: q̄ꝫ ſi ſit operta vno ſolo velamine: totū lumē intercludēte. Sed hec opinio eſt ꝯtra veritatē ⁊ reprobať ratione ⁊ auctoritate. Ratione quidē: q2 ſm Tho. vbi. ſ. Si quis diligenter ꝯſideret inueniet duplex priuationuʒ genus. Eſt em̄ quedam ſimplex ⁊ pura priuatio/ que cōſiſtit quaſi in corruptum eſſe: ſicut mors eſt priuatio vite: ⁊ tenebra eſt priuatio luminis: ex tales priuatiōes nō recipiunt magis ⁊ mi

nus:qꝛ nihil reſiduuꝫ eſt de habitu oppo-
ſito:⁊ de his ꝓuationibꝯ ꝓcedit ratio ſtoi-
coꝛum. Sed pctm̄ nō eſt talis priuatio vt
infra patebit. Eſt aūt alia ꝓuatio nō ſim-
plex ſed aliq̄d retinēs d̄ habitu oppoſito. q̄
quidē priuatio magis ꝯſiſtit in coꝛrumpi
q̄ꝫ in coꝛruptū eſſe:ſicut egritudo q̄ priuat
debitaꝫ menſurationē humoꝝ ita tamē ꝙ
aliq̄d eius remanet/alioq̄n nō remaneret
animal viuū.⁊ ſiliter eſt de turpitudine et
alijs hmōi. Huiuſmodi aūt ꝓuationes re
cipiunt magis ⁊ minꝰ ex ꝑte eiꝰ qđ rema-
net de habitu ꝯtrario. Multuꝫ em̄ refert
ad egritudinē vel turpitudinē: vtrū plus
vel minꝰ a debita cōmenſuratiōe humoꝝ
vel membroꝝ recedat. Et ſimilit̄ dicen-
dū eſt de vitijs ⁊ pctis. Sic em̄ priuat̄ in
eis debita cōmenſuratio rōnis vt nō tota
liter rōnis oꝛdo tollat̄: alioquin ſi totalit̄
rōnis oꝛdo tolleret̄:nō eſſet pctm̄/ſicut eſt
in furioſis ⁊ freneticis/infantibꝯ ⁊ arrepti
tijs ⁊ hmōi. Eſt autē notandū ꝙ peccatū
moꝛtale poteſt dupliciter ꝯſiderari ſm̄ ꝙ
duos effectus vel defectus ꝓducit. Uno
modo pctm̄ inquātum eſt gratie diuie pri
uatiuuꝫ ⁊ in hoc mō poteſt pctm̄ moꝛtale
dici pura priuatio. Unde ex illo reſpectu
nō dicit̄/dari magis vel minꝰ in pctis:q̄a
ſicut priuat̄ homo gratia ꝓpter vnū pctm̄
moꝛtale minꝰ graue:ſicut ꝑ magis graue
⁊ ſic ꝑ vnum ſicut per centū. Jaco.ij. Qui
totam legem ſeruauerit: offendat autē in
vno factus eſt omniū reus. Et hoc reſpe-
ctu peccatū aſſimilat̄ moꝛti vt dictuꝫ eſt.
⁊ dicit̄ moꝛtale eo ꝙ aufert ab anima radi
cem vite ſpiritualis: q̄ eſt gratie ⁊ charita
tis. Item ſicut nō poteſt homo moꝛtuus
reſurgere per ſe niſi ex potentia dei:ſic nec
peccatoꝛ niſi per miſcdiam dei. Oſee.xiij.
Perditio tua iſrl̄ ex te: tm̄modo ex me au
xiliū tuū. De quo vide.j.arti.iij.ſermo.x.
ꝑte.j. Aliomodo pōt ꝯſiderari pctm̄ moꝛ-
tale inquātum eſt rōnis deoꝛdinatiuū: et
ſic nō eſt pura rationis:nec aſſimilat̄ moꝛ
ti:ſed infirmitati ꝑ rōnē ſancti Tho. q̄ hic
ponit̄:⁊ iſto reſpectu vnū peccatū eſt gra-
uius altero:inquātū magis deoꝛdinat oꝛ
dinē rōnis:⁊ ꝯſequēter magꝭ facit ꝯtra p̄
ceptuꝫ dei ⁊ ꝯtra charitatē. Et ideo dicit
Glo.ſuꝑ illud Joā.iiij. Qui totā legē ſer
uauerit offendat ⁊c̄. Cur ḡ non dicamus
paria pctā:niſi forte: qꝛ magis facit cōtra
charitatē q̄ grauiꝰ peccat. igit̄ vt dictū eſt
in vitijs ⁊ peccatis ſic priuat̄ debita com
menſuratio rōnis vt tamē nō totalit̄ rati-
onis oꝛdo tollat̄. alioquin malū ſi ſit inte-
grū ſeipſuꝫ deſtruit/vt dicit̄ in.iiij. Ethi.
Peccatū ergo moꝛtale cū ſit egritudo ſpiri
tualis nō eſt pura ꝓuatio ſicut nec egritu-
do coꝛꝑalis. ⁊ ideo recipit magis ⁊ minꝰ.
Quod aūt peccatū comparet̄ infirmitati
non ſolū in ſacra ſcriptura q̄ frequent̄ hoc
dicit:iuxta illđ pſ̄. Miſereri mei dn̄e qm̄
infirmus ſum ⁊c̄. Sana me dn̄e qm̄ ꝯtur
bata ſunt oīa oſſa mea ⁊c̄. ſed etiā ex do
ctrinis gentiliuꝫ vt ponit Tho.j.ij.q.lxx-
vij.ar.iij. Tullius ⁊ Seneca vitia appel-
lant egritudines. Patet ergo ratio quare
pctā non ſunt paria:ſed vnū tanto magis
eſt ḡuius altero: quāto magis recedit ab
oꝛdine rōnis. Auctoꝛitate ꝓbatur ꝑ illud
ꝙ dixit dominꝰ Pilato. Joā.xix. Qui me
tradidit maius pctm̄ hꝫ. Et Hiero. dicit.
Quis dubitat ſceleratius eſſe cōmiſſum:
quia grauius eſt punitū. Patet etiaꝫ hoc
excluſi penis taxatis a iure ciuili ⁊ canoni
co: ſm̄ diuerſam grauitatē peccatoꝝ:⁊ ſic
patet ꝯcluſio. Diceret aliquis:ſatis mihi
clarum eſt rōne ⁊ auctoꝛitate ꝙ vnū pec-
catuꝫ eſt grauiꝰ altero:ſed vellem ſcire ex
quibꝯ cauſis vnū peccatū ē grauiꝰ altero.
Circa ꝙ nota: ꝙ ex multis attendit̄ graui
tas pctoꝝ:put late ponit Tho.j.ij.q.lxx-
iij.per totū.ſed ego recolligo cauſas iſtas
in nouē que cōtinent̄ in hoc verſu. Quis
quid. vbi. ꝑ quos. quotiēs. cur quō. quan
do. ⁊ habent̄ hec ab Aug. in lib. de penitē
tia. ⁊ in decretꝭ. de peni. diſt. v. c. j. ⁊ in. ca.
Sicut dignū. de homici. Et per Tho.j.ij
q.vij.ar.iij. Et ponit etiam iuris ꝯſultus
in.l. Aut facta. de pe. c. canonizata. de pe.
diſt.j. Aut facta.

Prima cauſa eſt magnitudo ꝑſone a q̄
peccat̄: hoc nota in ꝟbo. quis.

Scđa cauſa eſt ꝯditio ꝑſone inquā pec-
catur: hoc pōt notari eodē verbo.

Tertia cauſa eſt grauitas pcti qđ com
mitt̄. Quid.

Quarta cauſa eſt irreuerētia loci in q̄
peccatur. Ubi.

Quinta cauſa eſt multitudo ꝑſonaꝝ q̄
ad pctm̄ inducunt̄. Per quos.

Sexta cauſa eſt ꝯſuetudo peccandi q̄n
pctm̄ multiplicaꝛ. Quotiens.
Septima cauſa eſt motiuū peccandi q̄
pctō mouetur. Cur.
Octaua cauſa eſt modus quo peccatū
cōmittitur. Quō.
Nona cauſa eſt tp̄is incōgruitas. quo
pctm̄ ꝑpetratur. Quādo.
¶ Prima ḡ cauſa aggrauationis pcti eſt
magnitudo ꝑſone peccantꝫ. Circa qḋ no-
ta ſm Tho. j. ij. q. lxxiij. ar. vi. Duplex eſt
pctm̄: quoddā ex ſubreptione ꝓueniēs ꝓpꝛ
infirmitatē humane nature: et tale pctm̄
minus reputaꝛ ei q̇ eſt maior in ꝟtute eo
ꝙ min⁹ negligit hec pctā reprimere. q̄ ta-
men oino ſubterfugere infirmitas huma-
na nō ſinit. Alia ꝟo ſunt pctā ex delibera
tione ꝓcedentia: ⁊ iſta pctā tanto magis
alicui imputātur: quāto maior eſt. Unde
Iſidorus in. ij. lib. de ſūmo bono. Tanto
mai⁹ cognoſciꝛ eſſe pctm̄: quāto maior q̇
peccat habeꝛ. Item Hilari⁹ papa. xxv. q.
j. Nulli fas: vbi ſic ait. Siquidem maiori
reatu delinquit q̇ potiori honore fruiꝛ. et
grauiora facit vitia pctōꝝ: ſublimitas pec
cantiū. Et Iuuenalis ſatyra. viij. Omne
animi vitiū tanto ꝯſpectius in ſe Crimen
habet: q̄to maior q̇ peccat habeꝛ. Et hoc
pōt eſſe ꝓpter q̄tuor. ¶ Primo q꞉ facili⁹
poſſunt reſiſtere pctō maiores: puta q̇ ex-
cedunt in ſcientia ⁊ ꝟtute. Uñ deus dicit
Luc. xij. ꝙ Seruus ſciens voluntatē dñi
ſui ⁊ nō faciens digne plagis vapulabit
mltis. Nota hic ꝯtra theologos: iuriſtas
⁊ phos, qui ſcienꝛ cōmittunt pctā. ⁊ ſic re-
ligioſi q̇ ſciunt regulā: ⁊ ꝯſtitutiones ma-
gis peccant ⁊c̄. Tales ſunt ſiꝛes demoni-
bus ⁊c̄. Itē nota quō ignorantia excuſat
a toto interdū, quādo totaliꝛ cauſat in vo
luntatē: interdū autē a tanto. quando mi-
nuit voluntatē: de q̄ tangiꝛ ſup̄ ſermōe. j.
ꝑte. j. Et nota ꝙ primi ex ſcientia peccan-
tes efficiunꝛ peiores poſtea q̄ꝫ prius erāt:
q꞉ ſpūs nequā reuertiꝛ cū ſeptē alijs ſpiri-
tib⁹ neq̄orib⁹ ſe. Mat. xij. Secundo ꝓpter
ingratitudinē: q꞉ om̄e bonū quo quis ma
gnificaꝛ eſt di beneficiū cui hō fit ingrat⁹
peccando: ⁊ quantū ad hoc q̄libet maiori
tas etiaꝫ in tp̄alib⁹ bonis pctm̄ aggrauat:
ſm illud Sap̄. vj. Potentes potenꝛ tor-
menta patienꝛ. Tertio ꝓpter ſpecialem re

pugnantiā actus peccati ad magnitudi-
nem ꝑſone: ſicut ſi princeps iuſtitiā violet
qui poniꝛ iuſtitie cuſtos. ⁊ ſi ſacerdos for-
niceꝛ qui caſtitatē vouit. Quarto ꝓpter ex
emplū ſiue ſcandalū q꞉ vt dicit Grego. in
paſtorali. in exemplū vehemēꝛ culpa extē-
ditur: quādo ꝓ reuerentia gradus pecca-
tor honoraꝛ. Nota ꝯtra religioſos tenen-
tes banderiā in campanili in carniſp̄uio.
Itē de rectorib⁹ ciuitatis qui tp̄e natalis
dñi ludunt ad aleas ⁊ tēpore carniſp̄iuij
ſunt principaliores ad ludendū ad pluriū
etiā notitiaꝫ ꝑueniūt pctā magnoꝝ: ⁊ ma
gis hoies ea indigne ferunt: ſꝫ Tho. vbi
ſup̄. j. ij. q. lxxiij. ar. x. ¶ Scdō grauaꝛ pec
catū ꝓpter ꝯditionē ꝑſone in quā peccaꝛ.
Quanto em̄ ꝑſona in quā peccaꝛ: ſiue cui
infertur iniuria eſt excellentior: tanto gra
uius eſt pctm̄. Quia ergo ꝑſona diuia ſeu
eſſentia eius eſt infinite excellentie, iō pec
cata q̄ immediate cōmittunꝛ ꝯtra ipſum
dñm ſunt grauiſſima: ſicut idolatria/infi-
delitas/periuriū/fractio voti/hereſis ⁊ di
uinatio ⁊ hm̄oi. Scdō poſt illa eſt graui
us pctm̄ ſi offendiꝛ ꝑſona que eſt ꝯiuncta
deo. Deo aūt tanto magis aliq̇s cōiungiꝛ
quāto eſt virtuoſior: vel deo ſacratior ⁊ iō
iniuria illata tali perſone magꝫ redundat
in dominū: iuxta illud Zach. ij. Qui vos
tangit quaſi tangat pupillam oculi mei.
Et pſ̄. Nolite tāgere chr̄os meos. Nota
hic contra blaſphematores chriſti ⁊ bea-
tur. Sic peccator q̄ delectat̄ in culpa/non ſentit nec cognoſcit grauitatē peccati donec demergat̄ in ꝓfundum inferni. Greg. Oculos quos culpa claudit/pena aperit. Et ideo de peccatore dicit̄ Job. lxxj. Cor eius indurabit̄. ¶ Quarto affectū obdurat quaſi lapis: ⁊ ſtringet̄ quaſi malleatoris incus. Uide in ſermonibꝫ de pnia: ſermone qui incipit. Dic vt lapides iſti ⁊c̄. in introitu. his affectus ſequit̄ ad ſuperiorem primū: nā actus voluntatis ſeq̄tur ad intellectū. qꝛ quādo homo putat aliq̄d bonū: inclinat̄ affectus ad illud. Per peccatū autē hō reputat melius bonū creaturam/q̄ꝫ creatorē: ex quo ſequit̄ inclinatio ⁊ obduratio voluntatis ad bonū. Un̄ de Pharaone dicit̄. Induratū eſt cor Pharaonis. Exod. iij. Inde ꝓuenit ꝙ nō delectat̄ pctōr de verbis/nec d̄ libris ſanctꝫ: ſicut ſunt biblia/ep̄le Hieronymi/moralia Gregorij: et hmōi. ſed Uirgilio/Tullio. Itē de Triſtano ⁊ Lāciloto: de centū nouellis: de Philoſtrato. Tales ſūt filij iſrl': qui deſiderabāt in deſerto pepones/cucumeres/⁊ alea/⁊ porros Egypti cū haberent māna. Num. xj. Nota exēplū de Hieronymo rapto in ſpiritu: ⁊ corā iudice preſentato ⁊c̄. ¶ Quinto naturalia vulnerat. Bona aut̄ nature poſſunt triplicit̄ dici ſm Tho. j. ij. q. lxxxv. ar. j. Primo q̄dē ipſa principia nature ex quibꝫ ipſa natura cōſtituit̄ ⁊ ꝓprietates ex his cauſate: ſicut potētie anie. ⁊ hmōi. Scd̄o qꝛ homo habꝫ a natura inclinationē ad virtutē: ipa inclinatio ad virtutē eſt quoddā bonū nature Tertio mō pōt dici bonū nature/bonum originalis iuſtitie: q̄d fuit in ꝑmo homie collatum toti humane nature. Primū bonū nature/nec tollitur/nec diminuit̄ per pctm̄. Ratio: qꝛ etiā in demonibus bona naturalia manēt integra poſt peccatū: vt Diony. dicit. iiij. c. de diui. nominibꝫ. Tertiū vero bonū nature totaliter eſt ablatū ꝑ pctm̄ primi parētis. ſed mediū bonū nature. ſ. ipſa naturalis inclinatio: ad virtutē diminuit̄ ꝑ pctm̄. nō quidē per modū ſubtractiōis: alioquin poſſit totaliter tolli hui⁹ inclinatio ad ꝟtutē per mltiplicationē peccatoꝝ: qꝛ hic inclinatio eſt finita Diminuit̄ ergo ꝑ modum additionis impedimenti: quia per hoc ꝙ hic peccatū additur modo/additur impedimētum anie per q̄d hic inclinatio ad virtutē diminuit̄ infra poſita. Declara hoc ſm Thom. vbi ſupra. q. vbi ſ. art. ij. ad primū. Naturalis igit̄ icliatio ad ꝟtutē diminuit̄ ꝑ pctm̄ ꝑ actus em̄ humanos fit q̄daꝫ inclinatio ad ſimiles actus. Oportet aūt ꝙ ex hoc ꝙ aliquis inclinat̄ ad vnū cōtrarioꝝ: diminuatur inclinatio eius ad aliud. Un̄ cū peccatū ſit cōtrariū virtuti: ex hoc ipſo ꝙ homo peccat diminuit̄ bonū nature: q̄d eſt inclinatio ad virtutē. Unde Luc. x. Homo deſcendēs ab Hieruſalē in Hierico. Tho. i. in defectū peccati: ⁊ anguſtia grē expoliatur. ſ. gratuitis: ⁊ vulnerat̄ in naturalibus: ſm Tho. vbi ſupra. Et id̄o libertas arbitrij dimittit̄ in peccatore: et hinc eſt ꝙ peccator dicit ſe non poſſe penitere/nec portare ciliciū in carne ⁊c̄. cū tamē ꝑ rebus mūdi ⁊ ꝑ luxuria maiora faciat: qꝛ libertas arbitrij a peccato ligat̄ ⁊c̄. Ideo Prouerb. v. Iniquitates ſue capiunt impiū: ⁊ funibus peccatoꝝ ſuorū vnuſquiſqꝫ aſtringitur. Ratio eſt: quia a peccato vincitur. Ro. vj. An neſcitis: qꝛ cui exhibetꝫ vos ſeruos ad obediendū/ſerui eius eſtis cui obediſtis. Eſt em̄ notandū/ꝙ quia predicta naturalis inclinatio ad virtutē/conuenit homini hoc ipſo ꝙ rationalis eſt: ex hoc em̄ habet ꝙ ſm rationē operet̄: quod eſt agere ſm virtutē per peccatū: al's non poteſt totaliter ab homine tolli ꝙ ſit irrationalis: quia iam nō eſſet capax peccati. Ideo nō eſt poſſibile ꝙ predictum bonū nature/⁊ totaliter tollatur. ſm Tho. j. ij. q. lxxxv. ar. ij. q̄d declara vt ibi. Un̄ etiam in damnatis manet naturalis inclinatio ad virtutē: alioquin nō eſſꝫ in eis morſus cōſcientie. ſed ꝙ nō reducat̄ ad actū cōtingit: quia deeſt gratia ſm diuinā iuſtitiā. Sicut etiā in ceco remanet aptitudo ad videndū in ipſa radice nature inquātum eſt anial naturaliter habēs viſum: ſed nō reducit̄ in actū: qꝛ deeſt cauſa que reducere poſſit formādo organū: q̄d requirit̄ ad videndū/ſm Tho. q. vbi ſup: in reſponſione ad tertiū. ¶ Sexto bona opera mortificat. De hoc effectu deo dāte dicet̄ infra cū de effectu peccati mortalis agetur ſermone. iiij. ¶ Septimo i beſtialē naturā transformat. Ratio: q̄a non eſt differētia

aliqua inter hoīem ⁊ beſtiā: niſi ratio na/
turalis. Pctōꝛ autē poſtponit rōnem/nec
ea vtitur vt debet. ergo efficitur vt beſtia
quia ceſſat differētia ſpecifica ⁊ foꝛmalis
inter hoiem ⁊ beſtiā, que eſt ratio natura
lis: vt dixi: nō Ecci. iij. Dixi in coꝛde meo
de filijs hoim: vt ꝓbaret eos deus ⁊ oſten
deret ſimiles eſſe beſtijs. Itez pſ̄. Homo
cū in honoꝛe eſſet non intel. cōpara. eſt iu/
men. inſi. ⁊ fac. eſt ſi. illis. Seneca. Quid
intereſt in beluā tranſfoꝛmari/aut ſub ho
minis figura aim belue gerere? quinimo
ſi fas eſt dicere: peioꝛ ⁊ deterioꝛ eſt pctōꝛ
ꝙ̄ beſtia. tum reſpectu ſui: tum reſpectu ꝓ
ximi. Reſpectu ſui: qꝛ imputaꝛ ſibi ad cul
pam/ſi nō vtitur rōne quā naturaliter ha
bet: qḋ non eſt beſtia. Itē reſpectu ꝓximi:
qꝛ dolum habet quo nocere magis poſſit
ꝙ̄ beſtia. ⁊ iḋo beſtie poſt moꝛtē coꝛpoꝛis
nō ſunt obnoxie alicui pene: ſed hoies ſic.
vt in ſeq̄nti effectu pꝫ. O infelix pctōꝛ: mi
nus malum tibi foꝛet eſſe beſtiā ꝙ̄ pecca/
toꝛem: qꝛ beſtia nō damnaꝛ poſt moꝛtem:
ſed pctōꝛ ſic. ¶ Octauo pctm̄ hominē ad
penā ſeu moꝛtē eternā obligat. iuxta illḋ.
Aīa q̄ peccauerit/ipa moꝛietur. Ezech.
xviij. Itē Mat. xxv. Ibūt hi in ſupplicīū
eternū/⁊ ſentētia iam data eſt: ſed differꝛ
executio quo ad vſqꝫ iuſtitia ꝯuertatur in
iudiciū. Itē Geñ. ij. Quacunqꝫ die come
deritis moꝛte moꝛiemini. De quo dic ꝑ
Tho. j. ij. q. lxxxvij. ar. iij. ¶ Sequitur de
malo qḋ hoi infligit pctm̄ in moꝛte: quod
eſt turbatōis: qꝛ turbabiꝛ pctōꝛ in moꝛte
quando videbit multitudinē demonū ad
ueniſſe ad animā eius accipiēdā/ſicut leo
nes paratos ad pꝛedā. Vñ Thꝛe. j. Oēs
inimici ei⁹ apꝓhenderūt eaꝫ inter angu
ſtias. Nota hic duodecim nouiſſima q̄ cō
currūt in moꝛte: q̄ ſunt memoꝛāda diligē
ter. Vide in dñica. xxv. poſt feſtuꝫ trinita
tis: in ſermone magiſtri Vincētij: qui in/
cipit. Ecce dies veniunt. pꝛe. j. ¶ Tertio
videndū qualiter pctm̄ punit hoiem poſt
moꝛtē. Pꝛimo nāqꝫ cōfuſionē habebit ex
operū denudatione: quia libꝛi aperiētur.
Hiere. xx. Cōfundenꝛ vehemēter. qꝛ non
intellexerūt oꝓbꝛiū ſempiternū. qḋ nū
ꝙ̄ delebiꝛ. Scḋo exꝓbꝛationē chꝛiſti au
diet in iudicio. Eſuriui em̄ et nō dediſtis
mihi māducare. Mat. xxv. Que erat eis
intolerabilioꝛ ꝙ̄ ipſa gehēna. Apoc̄. vj. in
fine. Tertio reqe ⁊ luce pꝛiuaꝛ. Mat. xxij
Ligatis manib⁹ et pedib⁹ mit. eum in te.
exte. Vñ nō ꝓderit ei cātus: Requiē eter
nā dona ⁊c̄. Nō gaudebit. Eſa. vlti. Ver
mis eoꝝ nō moꝛieꝛ. Quarto ſuffragijs ec
cleſie: ⁊ ignis eoꝛū nō extingueꝛ. Quinto
in infernū pꝛecipitabiꝛ. Exēplū de lapide
materiali. quē ꝓiecit angelus in mari di/
cēs. Hoc impetu mitteꝛ babylon in infer
nū. Apoc̄. xviij. Sexto a deo ⁊ mēbꝛis ele
ctis eius ſeparabiꝛ. Mat. xv. Ite maledi
cti in ignē eternū. Septimo inimicitiam
oim creaturarū incurret. Sap̄. xvj. Crea
tura em̄ tibi factoꝛi deſeruiens exardeſcet
in toꝛmentū aduerſus iniuſtos: ſicut q̇ eſt
inimicus regis efficiꝛ inimicus oim vaſal
loꝛū ei⁹. ⁊ ſic patet materia iſta.

## ¶ De peccato oꝛiginali in q̊ eſt Sermo vj.

Quaſi a facie colubꝛi ⁊c̄. Sequiꝛ ſcḋs ar/
ticulus: vbi dicenduꝫ eſt de
peccato oꝛiginali: in quo eſt
quadruplex conſideratio.

Pꝛio q̇dē: qd ē pctm̄ oꝛiginale foꝛmalr
Secundo: vnde habet ꝙ traducatur in
humanum genus.

Tertio: de penis ſiue effectibus pecca/
ti oꝛiginalis.

Quarto de remedijs eius.

¶ In hoc g̊ ſmone dño cōcedēte dicem⁹
tm̄ de ꝑma ꝯſideratiōe: ꝓ cui⁹ introductī
one querīꝛ Vtrū ſit neceſſe ponere pctm̄
oꝛiginale? Ad qḋ dicendū ꝙ ſic. ⁊ h̄ pꝛoba
tur auctoꝛitate ſcripture/⁊ rōne. Et ꝑmo
rōne: ꝓ qua aſſumēdū eſt qḋ diciꝛ Geñ. ij.
Tulit g̊ de⁹ hoiem ⁊ poſuit eū in paradi
ſo: ꝑcepitqꝫ ei. Ex oi ligno ꝑadiſi comede:
de ligno aūt ſcie boni ⁊ mali nō comedes
In q̇cūqꝫ aūt die comederis ex eo: moꝛte
moꝛierꝭ. Sꝫ qꝛ Adā nec eodē die q̊ come
dit moꝛtu⁹ eſt actu: opꝫ ſic itelligi. moꝛ
te moꝛierꝭ/neceſſitati moꝛtis eris addict⁹
qḋ q̇dē fruſtra dicereꝛ/ſi hō ex inſtitutiōe
ſeu nature neceſſitatem moꝛiēdi haberet.
opꝫ g̊ dicere ꝙ moꝛs ⁊ neceſſitas moꝛiē
di ſit pena hoi ꝓ pctō inflicta. Pena autez

non infligit᷑ iuſte/niſi ꝑ culpa in quibuſ/
cūq; inuenit᷑:neceſſe eſt vt in oīb⁊ inueniat᷑
aliqua culpa:ſed in hoīe inuenit᷑ hec pena
etiā a principio ſue natiuitatis:⁊ tunc em̄
naſcitur neceſſitati mortis addictꝰ. Unō
⁊ aliq̄ mox poſt natiuitatē moriunt᷑ ꝟ vte/
ro tranſlati ad tumulū:ergo in eis eſt ali/
quod pctm̄/ſed nō pctm̄ actuale:qꝛ nō ha
bent pueri vſum liberiarbitriȷ̄ ſine q̄ nihil
imputat᷑ hoī ad pctm̄:vt ex his q̄ dicta ſᷣt
in lib.iij.apparet.neceſſe eſt ergo dicere/ꝙ
in eis ſit peccatū ꝑ originez traductū. hec
Tho.in lib.iiij.ꝯtra gentiles.c.l. Sed no/
tandū hic:quod ꝓprie loquēdo mors non
videt᷑ pena peccati originalis duplici rōe.
Primo qꝛ originali nō debet᷑ pena ſenſus
ſed tantū damni:mors autē eſt pena ſenſꝰ
⁊c.Scd̄o qꝛ ſi mors eſſet pena originalis
ſequeret᷑ ꝙ ſublato originali ꝑ baptiſmuz
tolleretur ⁊ mors ꝙ eſt falſum.dic ergo ꝙ
mors eſt pena originalis ꝑ accidens:quia
pctm̄ originale eſt cauſa mortis/tanq̄ꝫ re/
mouens ꝓhibens:qꝛ remouit iuſtitiā ori/
ginalem/q̄ ꝓhibebat mortē:ſed ꝑ ſe mors
ꝓuenit ex principiȷ̄s nature:qꝛ natura cō/
poſitus eſt homo ex quattuor elemētis cō
trariȷ̄s.vt nota.ī.ar.ij.ſermo.iiij.patz ergo
rōne:ꝙ neceſſe eſt ponere pctm̄ originale.
Scd̄o ꝓbat᷑ ſcriptura q̄ tam in veteri q̄ꝫ
in nouo manifeſte ꝓbat pctm̄ originale.
In veteri quidez habet᷑ auctoritas Gen̄.
xvij.dic practice. Quomō deus apparuit
Abraam/⁊ ꝑcepit ei circūciſionē dī. Cir/
cūcidet᷑ in vobis oē maſculinū ⁊ circūci
detis carnem ꝑputiȷ̄:caro que circūciſa nō
fuerit:delebit᷑ aīa illa de ꝑplo ſuo:qꝛ pactū
meū irritū fecit. Nota pactū meū irritum
fecit.de q̊ pctō loquat᷑ hic deꝰ dubitari p̄t.
Nā ſi intelligit᷑ de pacto circūciſiōis inter
deū ⁊ Abraam inito.non videt᷑ cōuenire
rōni.Quō em̄ per.x.dieꝝ vel.xx.potuit di
ci irritare h̄ pactū dei/cū nō habeat vſum
rōnis ⁊c.Sicut em̄ huiꝰ etatis hō non p̄t
mereri ſic nec demereri ꝓpter defectū vſꝰ
rōnis.Oportet ḡ ꝙ intelligatur de pacto
inito/inter deum et Adam de eſu pomi.
Quō aūt diceret aliq̄s/irritare potuit hu
iuſmodi puer h̄ pctm̄ cū eadē rō ſit/q̄ ſup
dr̄.Rn̄deo:ꝙ talis puer irritauit pctm̄ il/
lud in Adā/in q̊ oēs peccauerūt. Ro.v.vt
infra declarabit᷑ ſm̄ oē ſequēti.Nō aūt ī ſe.
ſi igit᷑ puer non circūcidebat᷑/deleri mere/
bat᷑ de ꝑplo ſuo Glo.i.de cetu ſctōꝝ.qꝛ pa/
ctum dei irritū fecit.i.qꝛ peccauit in Adā.
ſi aūt circūcidebat᷑:nō delebat᷑ de ꝑplo di:
qꝛ ꝑ circūciſionē purgabat᷑.illō pctm̄ Ade
in ip̄o puero.Et ex h̄ textu ꝓbat᷑ ꝙ oēs cō/
trahūt originale.alioquin cur deleri mere
bat᷑ puer de cetu ſctōꝝ/ſi nō fuiſſet circūci
ſus nulla eſſet rō.Et hoc exp̄ſſe ponit Au
guſti.xvj.de ciui.dei.c.xxix.vbi ait. Itez
pōt mouere quō intelligi oporteat/q̊d hic
dictū eſt:maſculꝰ q̄ non circūcideret carnē
ꝑputiȷ̄ ſui octauo die :interibit anima illa
de genere ſuo:qꝛ teſtm̄ meū diſſipauit.cū
hic nulla culpa ſit paruuli cuiꝰ dixit aīam
periturā:nec ip̄e diſſipauit teſtm̄ dei:ſed
maiores q̄ eū circūcidere non curarūt:niſi
qꝛ etiā paruuli nō ſm̄ ſue vite ꝓprietatē:ſꝫ
ſm̄ cōem humani generꝭ originē oēs in il/
lo vno teſtamentū dī diſſipauerūt/in quo
oēs peccauerūt.⁊ infra.ſi em̄ dixiſſet:qꝛ h̄
teſtm̄ meū diſſipauit/nō niſi de illa circūci
ſione intelligi cogeret.nūc vero qm̄ nō ex
p̄ſſit cuiuſmodi teſtm̄ ꝑuulus diſſipauit/li
berū eſt intelligere de illo teſtamēto dictū
cuiꝰ diſſipatio ꝑtinere poſſit ad paruuluz.
Hec ille.igit᷑ ⁊c.Alia auctoritas hr̄ Gen̄.
xxxvij.ꝙ Jacob audita morte Joſeph:
ſciſſis veſtib⁊ indutus eſt cilitio lugēs fili
um ſuum mlt̄o tp̄e.Cōgregatis aūt cete/
ris liberis eiꝰ vt lenirēt dolorē patris no/
luit ꝯſolationē recipere:ſed ait:deſcendam
ad filiū meum lugens in infernū. Nota in
infernū cū Joſeph eſſet ſanctus hō ⁊ Ja/
cob pater eiꝰ dixit de.ad.fi.me.lu.in infer.
ergo etiā ſanctꝰ hō ibat ad infernū. Dicūt
iudei ꝙ cū dixit Jacob in infernū/debz in
telligi in ſepulchrū:ſed h̄ manifeſte pꝫ eſſe
falſum:qꝛ Jacob putabat ꝙ beſtia come/
diſſet Joſeph:⁊ ꝯſequenter putabat ꝙ cor
pus Joſeph in ſtomacho beſtie eſſet:non
in ſepulchro. Un̄ dic̄ textꝰ.Gen̄.xxxvij.Fe
ra peſſima comedit filium meuz.ſ.beſtia
deuorauit Joſeph.oportet ḡ ꝙ intelligat᷑
de ꝓo iferno:⁊ de aīa Joſeph:nō ꝟ corpe.
⁊ ꝯſeq̄nt᷑ oportet dici:ꝙ Joſeph fuerit ī in
ferno.i.in limbo ꝓpt᷑ pctm̄/nō q̄dē actuale
mortale.qō nō erat in eo:nec veniale:q̄a
meruiſſꝫ purgatoriū:ſꝫ originale ꝓpter qō
merebat᷑ eſſe ī limbo ſctōꝝ patrū. ⁊ ſic pꝫ
idez.Alia auctoritas ꝑ Dauid.p̄s.l. Ecce



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eñ in iniq̃tatib⁹ ꝯcept⁹ ſum: ⁊ in pec. con.
me mater mea. nõ loquit̃ Dauid de pctõ
cõmiſſo a parentib⁹ in actu m̃rimoniali:
q̃ illud ſine pctõ exerceri poteſt: licet ſine
pctõ raro exerceat̃: vt dicit Greg. xxxiij. q.
iiij. c. Vir cũ ꝓpria. p̃terea intẽtio Dauid
erat accuſare ſe ⁊ pctã ſua/ nõ aũt pctã pa/
rentũ ſuoꝝ. oportet ĝ ꝙ d̃ alio pctõ loquat̃
⁊ hoc nihil aliud eſſe põt preterq̃ origina
le: ⁊ ſic etiã habet̃ ꝓpoſitum. Et nota. qd̃
dicit in iniq̃tatib⁹ in plurali nnmero: nõ ꝙ
ſint plura pctã originalia: ſ3 loquit̃ ƀ3 mo/
rem ſcripture: que frequẽter ponit pluralẽ
numeꝝ ꝓ ſingulari: ſicut Mat. ij. Defun/
cti ſunt q̃ querebãt aiam pueri: vl' quia in
pctõ originali v̾tualiter p̃exiſtunt oĩa pec
cata actualia: ſicut in quodã p̃ncipio. Vñ
eſt multiplex virtute: vel q̃ in pctõ primi
parentis qd̃ ꝑ originẽ traducit̃: fuerũt plu
res deformitates. ſ. ſuperbie/ inobediẽtie/
gule: ⁊ alia hmõi: vel ꝙ multe partes aie
inficiunt̃ ꝑ originalẽ: ƀm Tho. j. ij. q. lxxx/
vij. ar. ij. ad p̃mũ. ¶ Alia etiã auctoritas
eiuſdẽ Dauid. p̃s. lxxxviij. Quis eſt hõ q̃
viuet ⁊ nõ videbit mortẽ: eruet aiam ſuaz
de manu inferi: quaſi dicat nullus: ergo ⁊
mali ⁊ boni hoies nõ poterãt eruere aias
ſuas de inferno: ꝙ non poterat cõtingere
ſemꝑ/ niſi ꝓpter pctm̃ originale ⁊c̃. Item
alia auctoritas habet̃ Job. xiiij. Quis p̃t
facere mundũ de in mũdo cõceptũ ſemine
nõne tu qui ſolus es: ex q̃ manifeſte accipi
põt: ꝙ ex imunditia hũani ſeminis aliqua
imunditia ad hoiem ex ſemine cõceptũ ꝑ/
ueniat. ꝙ oportet intelligi d̃ imũditia pec
cati: pro q̃ ſola hõ ad iudiciũ deducit̃. p̃re/
mittit̃ ei. ⁊ dignũ duc3 ſuꝑ huiuſcemõi apꝑi
re oculos tuos. ⁊ adducere eũ tecum in iu
diciũ. ſic igit̃ aliqd̃ pctm̃ eſt: qd̃ hõ contra/
hit ab ip̃a ſui origine: qd̃ originale d̃r. hoc
ponit Tho. in. iiij. ꝯtra gentiles. c. l. Au/
ctoritates aũt noui teſtamẽti m̄ľte ſũt: ſ3
ꝓ nũc ſufficiat vna Apo. Ro. v. Per vnũ
hoiem pctm̃ intrauit in mundũ: ⁊ ꝑ pctm̃
mors: ⁊ ita in oẽs hoies mors ꝑtranſijt in
q̃ oẽs peccauerũt. nota ꝑ vnũ hoiem pec/
catũ intrauit in mundũ: qd̃ nõ põt intelli
gi ꝑ modũ imitationis: ꝓpter hoc qd̃ dicit̃
Sap̃. ij. Inuidia diaboli mors introiuit
in orbẽ terraꝝ. Reſtat ĝ ꝙ ꝑ originẽ a pri/
mo hoie pctm̃ in hunc mundũ intrauit: vt

dicit Tho. j. ij. q. lxxxj. ar. j. patet ĝ aucto/
ritatib⁹ ſcripture: ꝙ eſt neceſſe ponere pec/
catũ originale. Et ſic patet pctm̃ origina
le eſſe: ⁊ rõne ⁊ ſcriptura. Pro euidentia ĝ
q̃ſtionis iam ꝓpoſite vic3: q̃d eſt pctm̃ ori/
ginale ẽ notandũ: ꝙ cũ oĩe pctm̃ ſit p̃uat/
tio quedã: priuatio aũt opponat̃ habitui ñ
põt ipſa priuatio d̃ ſe bñ cognoſci/ niſi per
cognitionẽ habit⁹ cõtrarij: cũ p̃uatio ƀm
ſe nihil ſit. pctm̃ ĝ originale eſt quedã p̃ua
tio original' iuſtitie formal'r: vt dicũt theo
logi. oportet ergo vt prius videam⁹ quid
erat iuſtitia original': vt veniamus poſtea
ad cognitionẽ pcti originalis: q̃ ꝯrioꝝ ea
dem eſt diſciplina. ⁊ rectum eſt iudex ſui ⁊
obliqui: vt dicit̃ in p̃mo de aia. Erat autẽ
iuſtitia originalis quedã rectitudo: ꝑ quã
corp⁹ erat aie ſubditũ ⁊ vires inferiores
rõni: q̃3diu aima ſubdita eſſet ſuo creatori
ƀm Nico. de ly. ſuꝑ Ro. j. Juſtitia origina
nalis erat q̃ddã donũ ſuꝑnale datum hoi
a deo: ꝑ qd̃ ipſe hõ erat totaliter ſubiectũ
deo q̃ntũ ad rõne3. rationi v̾o erant ſubie/
cte vires inferiores. ſ. iraſcibilis ⁊ ꝯcupiſci
bilis/ ⁊ aie corp⁹ que nõ erant rebelles ra
tioni nec mouebant̃: niſi ƀm impiũ rõnis
Ideo nõ erubeſcebãt de nuditate Geñ. ij.
Erat aũt vterq̃3 nudus. Adã. ſ. ⁊ vxor ei⁹
Prima autem ſubiectio erat cauſa. ij. ⁊. iij.
Quãdiu eñ rõ manebat deo ſubiecta ĩfe
riora ei ſubdebant̃: ⁊ hãc iuſtitiã origina/
lẽ vocat Salomon rectitudinẽ. Eccl. vij.
Inueni ꝙ de⁹ fecit hoiem rectũ/ cui⁹ recti
tudinis interioris fuit q̃ſi q̃ddã ſignaculũ
rectitudo exterior corꝑis hũani/ qd̃ recte
reſpicit celũ cũ cetera aialia ad terrã ꝓcli/
ua ſint: iuxta illud Ouidij. j. meta. Prona
q̃3 cũ ſpectẽt aialia cetera terrã. Os homi
ſublime dedit celũq̃3 videre Juſſit: ⁊ ere/
ctos ad ſidera tollere vult⁹. Hoc aũt do/
num rectitudinis ſue iuſtitie originalis de
dit etiã de⁹ angelis oĩb⁹ ſimul: ſ3 hoi dedit
vni ꝓ omib⁹ poſteris: ita ꝙ ſi nõ peccaſſet
Adã: fuiſſet ꝑ originẽ illud donũ traductũ
ad poſteros. ⁊ ad h̃ vt adam haberet cãm
meriti acq̃rendi ꝑ actu3 obedientie: dedit
eis de⁹ preceptũ: vt de ligno ſcientie non
ederẽt Geñ. ij. Et nota vlteri⁹: ꝙ deus de/
dit tria p̃cepta Ade ⁊ Eue. Primũ ꝓ con/
ſeruatiõe ſpeciei. Geñ. j. Creſcite ⁊ multi
plicamini. Scd̃m ꝓ ꝯſeruatiõe indiuidui

quando dixit de om̄i ligno paradiſi come/
de. Tertiū ꝓ acquiſitiōe vite eterne: quan
do dixit de ligno ſcientie nō comedes ꝛc̄.
Habebat aūt hoc donum iuſtitie origina
lis: multos effectus.

Primo erat gr̄e infuſio
Scd̄o erat intellect⁹ illuminatio
Tertio erat a culpa ꝓſeruatio
Quarto erat ꝟtutū oīm repletio.
Quinto imortalitatꝫ adeptio
Sexto creaturaꝝ oīm dn̄atio.

¶ Et primo effectus iuſtitie originalis:
erat gr̄e infuſio. oportet em̄ dici ꝙ primus
hō fuerat creat⁹ in gr̄a. Nā vt dicit Tho.
par. j. q. xcv. ar. j. illa ſubiectio corporis ad
aīam ꝛ inferioꝝ viriū ad rōnem nō erat na
turalis. alioqn poſt pctm̄ manſiſſꝫ. cū etiā
demonibꝫ data naturalia ꝑmanſerūt poſt
pctm̄: vt Diony. dic̄. iiij. c. de diuinis no/
minibꝫ. Vn̄ manifeſtuꝫ eſt ꝙ et illa prima
ſubiectio: q̄ ratio deo ſubdebatᷣ/ nō erat ſo
lum ſm naturā: ſed ſm fraternalis gr̄e do
num. Nō em̄ pōt effect⁹ eſſe potētior cā.
Vn̄ Aug. dic̄. xiij. de ciui. dei. Hiere. xiij.
ꝙ poſtea quā ꝓcepti facta eſt tranſgreſſio:
ꝯfeſtim gr̄a diuina deſerente de corporuꝫ
ſuoꝝ nuditate ꝯfuſi ſunt. ſenſerūt em̄ mo/
tus inobediētꝫ carnis ſue tanꝗ̄ reciprocā
penā inobediētie ſue. Ex q̄ datur intelli/
gi ſi deſerente gr̄a: ſoluta eſt obediētia car
nis ad animā ꝙ ꝑ gratiā in aīaꝫ exiſtentē:
inferiora ei ſubdebantᷣ ſm Tho. vbi ſupra
Nā Adam habuit intellectum. ¶ Scd̄s
effect⁹ erat intellect⁹ illuminādo: ita cla
rū ꝙ habuit ſcientiā oīm/ q̄ naturaliter ꝑ
hoīes cognoſci pn̄t/ ꝛ rō eſt: q: res in pmo
ſtatu fuerūt a deo inſtitute/ non ſolum vt
eſſent in ſe ipſis: ſꝫ vt etiā alioꝝ principia.
Et ideo oīa ꝓducta ſūt in ſtatu ꝑfecto/ in
q̄ poſſent eſſe principia ꝛc̄. Sicut patꝫ in
plantis/ ꝛ piſcibꝫ ꝛ aīalibꝫ/ ꝛ alijs. hō igitᷣ
debuit formari ꝛ creari a deo in ſtatu ꝑfe
cto: ſicut alie creature: vt poſſet eſſe prin/
cipiū alioꝝ hoīm. Poteſt aūt eſſe hō pnci
piū alioꝝ hoīm dupliciter. Vno mō ꝑ cor
poralē generationē. Et iō fuit inſtitut⁹ in
ſtatu ꝑfecto quātū ad corp⁹ vt ſtatim poſ
ſet generare. Alio mō ꝑ inſtructionē ꝛ gu
bernationē: quoniā ali⁹ nullus pōt inſtru
ere alios/ niſi ipſe prius fuerit inſtruct⁹: iō
oportuit vt hō iſtrueretᷣ in ſtatu perfecto:

etiam quantū ad animā vt poſſet alios in
ſtruere ꝛ dirigere ſeu gubernare. Et ideo
oportuit ꝙ ipſe prius homo inſtrueretur
a deo. ſic vt haberet ſcientiam omniū in q̄
bus homo natus eſt inſtrui. ꝛ hec ſunt oīa
illa: que virtualiter exiſtunt in primis pn/
cipijs ꝑ ſe notis: quecūꝗ̄: ſcꝫ homines na/
turaliter ꝑ ſe cognoſcere pn̄t. et hoc ptꝫ ex
eo: q: pater Adam ipoſuit noīa oībꝫ aīali/
bus: vt dicitᷣ Gen̄. j. Nomia aūt debēt na/
turis rerum cōgruere: ꝛ ſic Adaꝫ ſciuit na
turas omniū animaliū: ꝛ pari ratione ha
buit oīm alioꝝ ſcientiā: quia autem ad gu
bernationē vite proprie ꝛ alioꝝ nō ſolum
requiritur cognitio eorum que naturalitᷣ
ſciri poſſunt: ſed etiā cognitio eorum que
naturalem cognitionē excedūt. eo ꝙ vita
hominis ordinatur ad quendaꝫ finem ſu/
pernaturalem: ſicut nobis ad conſeruatio
nem vite noſtre neceſſariuꝫ eſt cognoſcere
que fidei ſunt. Heb. xj. Oportet em̄ acce/
dentem ad deum credere: quia eſt ꝛ ꝙ in/
quirentibꝫ ſe remunerator ſit. ꝛ ibideꝫ. Si
ne fide em̄ impoſſibile eſt placere dō. Vn̄
ꝛ de his ſupernaturalibꝫ tantam cognitio
nem primus homo accepit quanta erat ne
ceſſaria ad gubernationem vite humane
ſm ſtatum illum. Unde dicit Tho. ij. ij. q
ij. artᷣ. vij. ꝙ primus homo ante ſtatū pec/
cati cognouit myſterium incarnatiōis fi/
lij dei ſm ꝙ ordinabatur ad cōſummatio/
nem glorie. non autem ſm ꝙ ordinabatur
ad liberationem a peccato per paſſionem
ꝛ reſurrectionem: quia homo nō fuit pre/
ſcius peccati futuri. Alia vero que nec na
turali ſtudio homo cognoſcere poteſt/ nec
ſunt neceſſaria ad gubernationeꝫ humane
vite: primus homo non cognouit. ſicut
ſunt futura contingētia ꝛ cogitatiōes ho
minū: ꝛ quedam ſingularia: puta quot la/
pilli iacēt in flumie: ꝛ alia hmōi ſm Tho.
ꝑte. j. q. xciiij. ar. iij. Oīs em̄ culpa cōmit/
titᷣ ab aliq̄. ¶ Terti⁹ effect⁹ erat a culpa ꝓ
ſeruatio triū. Vn̄ ꝓpter intellectū male iu
dicantē: vel ꝓpter voluntatē male eligen/
tem: vel ꝓpter appetitū ſenſitiuū male in/
flammantē. Vide ſupra ſermone proximo
ꝑte. v. Hoc aūt ñ poterat eſſe in pmo ſtatu.
nā intellect⁹ nō poterat decipi: vt dr̄ Tho.
ꝑ. j. q. xciiij. ar. iiij. nec obſtat. qd̄ dr̄ apl̄s. j
Tim̄. ij. ꝙ mlier ſeducta fuit i ꝓuaricatōe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

q̄ꝛ vt dicit Tho. vbi ſupra in reſponſione
ad primū/illa ſeductio mulieris/ꝛ ſi p̄ceſ-
ſerit pctm̄ hois/ ſubſecuta eſt tñ pctm̄ in-
terne elatiōis: iuxta illō. Cōtritōz p̄cedit
ſupbia: ꝛ añ ruinā exaltať ſpūs. Prouerb.
xvj. ꝛ hoc idē ponit Aug. xiiij. de ciui. dei.
c. xiij. dicit em̄ Aug. xj. ſup Geñ. ad lrām.
ꝙ mulier verbis ſerpentis nō crederet/ ni-
ſi iam ineſſet mēti eiꝰ amoꝛ ꝓprie poteſta-
tis: ꝛ quedā de ſe p̄ſumptio. Patet ꝰ ꝙ in
intellectꝰ p̄moꝝ parentū in ſtatu innocen
tie decipi nō poterat/ q̄ꝛ erat infoꝛmatꝰ oꝛ
ſcientia. Itē nec volūtas poterat male eli
gere/ q̄ꝛ erat infoꝛmata oꝛiginali iuſtitia:
ꝑ quā ſubdebať totaliter ipſi dō: vt dictū
eſt ſupra. Itē nec appetitus ſenſitiuꝰ pote-
rat male inflāmare: q̄ꝛ vires iferioꝛes ipiꝰ
appetitus ſenſitiui: id eſt iraſcibilis ꝛ ↄcu
piſcibilis erant totaliter ſubdite ratiōi: vt
dictū eſt. Et ideo nō erubeſcebāt de nudi
tate: quia non mouebať cōcupiſcentia/ ni
ſi ad appetitū rationis: ꝛ ſic ipa oꝛiginalis
iuſtitia a pctō p̄ſeruabat. Et ſi diceres tu
quare ꝰ peccauerūt? Rñdeo. q̄ꝛ gratia il-
la oꝛiginalis nō cogebat liberūarbitrium.
Unūqḋqꝫ em̄ recipiť ſm modū recipien
tis: modꝰ aūt nāe itellectualis ꝛ rōnalis eſt
vt libere feratur in ea que vult. ꝛ ideo in-
clinatio gratie non imponit nec̄itatē: ſed
habens grām poteſt ea non vti ꝛ peccare:
vnde lꝫ hō haberet hāc gratiam/ tñ pecca
uit ſicut ꝛ angeli: lꝫ etiaꝫ fuerint creati in
gratia tñ peccauerūt: vt ponit Tho. j. ꝑte
q. lxiij. ar. iij. ad ſcd̄m. ¶ Quartꝰ erat effe-
ctus virtutū oīm collatio: quia durāte iu-
ſtitia illa oꝛiginali oīm̄ virtute decoꝛatus
erat Adā ꝛ Eua: et hoc patet ex p̄dictis.
nam vt dicit Tho. ꝑte. j. q. xcv. ar. iij. dictū
eſt ſupra. talis erat rectitudo primi ſtatus
q̄d non erat deo ſubiecta: inferioꝛes vires
rationi. virtutes aūt nihil aliud ſunt q̄ꝫ ꝑ-
fectiones quedam/ quibꝫ ratio oꝛdinať in
deum. Inferioꝛes vires diſponunť ſm re
gulā rationis. Uñ rectitudo p̄oꝛis ſtatus
exigebat: vt hō aliq̄liter oēs virtutes ha-
beret. Sed ↄſiderandū eſt: ꝙ virtutū q̄dā
ſūt q̄ ō ſui rōne nullā impfectionē ipoꝛtāt
vt charitas ꝛ iuſtitia/ ꝛ hmōi ꝟtutes fue-
rūt in ſtatu innocentie ſimplr/ et quantuꝫ
ad habitū ꝛ q̄ntū ad actū. ſed q̄d de ꝑſeue
rantia? Rñdeo. Perſeuerātia p̄t dupliciť
accipi. vno modo tanq̄ꝫ virtꝰ/ et ſic fuit in
primo hoie. Alio modo tāq̄ꝫ circūſtantia/
ꝛ ſic non fuit. Quedā ꝟo ſunt q̄ de ſui rōe
impfectionē impoꝛtāt/ vel ex parte actus:
vel ex parte materie: ꝛ hmōi impfectio nō
repugnat ꝑfectiōi primi ſtatꝰ. nihilominꝰ
hmōi virtutes eſſe poterāt in primo ſtatu:
ſicut fides eſt coꝝ que non videnť/ ꝛ ſpes
eſt coꝝ que non habenť. perfectio em̄ p̄mi
ſtatus nō ſe extendebat ad hoc: vt videret
deum ꝑ eſſentiā: ꝛ vt haberet eū fruitione
finalis btitudinis. Uñ et fides ꝛ ſpes eſſe
poterant in p̄mo ſtatu. ꝛ quantū ad habi
tum/ ꝛ quātū ad actū. ſi vero impfectio q̄
eſt de ratione ꝟtutis alicuiꝰ repugnat ꝑfe
ctioni primi ſtatus: poterat eſſe hec virꝰ
ibi ſm habitū/ ſed nō ſm actū: vt patet de
penitentia/ que eſt doloꝛ de pctō cōmiſſo:
ꝛ de miſcdia que eſt doloꝛ de miſeria alie-
na. ꝑfectioni autē primi ſtatus repugnat
tam doloꝛ q̄ꝫ culpa ꝛ miſeria. Unde ꝛ hu
iuſmodi virtutes in primo homine ſm ha
bitum erant/ ꝛ non ſm actum. Erat enim
primus homo ſic diſpoſitus: vt ſi peccatū
preceſſiſſet doleret/ ꝛ ſimiliter ſi miſeriam
in alio videret eam propoſſe repelleret/ ſi-
cut phus dicit in. iiij. ethicoꝝ. ꝙ verecun-
dia que eſt de turpi/ cōtigit ſtudioſo ſoluꝫ
ſub ↄditione: eſt em̄ ſic diſpoſitꝰ ꝙ verecū-
dareť/ ſi turpe aliq̄d ↄmitterꝫ Tho. vbi. ſ
¶ Quintus effectus eſt immoꝛtalitatis
adeptio. nam moꝛs per pctm̄ intrauit in
munduꝫ: vt dicit apoſtolus Ro. v. Ergo
ante pctm̄ homo erat immoꝛtalis/ nō q̄dē
per naturā: ſed per quoddā ſupnale donū.
¶ Pro cuius materie clarioꝛi intellectu
nota ꝙ ſicut dicit Tho. ꝑte. j. q. xcvij. ar. j.
aliquid poteſt dici incoꝛruptibile tripliciť
Uno modo ex ꝑte materie: eo. ſ. ꝙ vel nō
habet materiā: ſicut angelꝰ: vł hꝫ materiā
que non eſt in potētia: niſi ad vnā foꝛmā:
ſicut coꝛpus celeſte. ꝛ hoc diciť ſm naturā
incoꝛruptibile: ꝛ hoc modo hō non erat in
coꝛruptibilis: vt nota. infra eo. ar. ſmo. iiij
parte. ij. iij. ꝛ. iiij. Scd̄o modo dicitur aliq̄
incoꝛruptibile ex parte foꝛme: q̄ꝛ. ſ. rei coꝛ
ruptibili per naturā inheret aliqua diſpo-
ſitio per quā totaliter a coꝛruptione pro-
hibetur. ꝛ hoc diciť incoꝛruptibile ſm glo
riā: q̄ꝛ vt dic̄ Aug. in epła ad Dioſcoꝛū
potenti natura deus fecit aiam: vt ex eius

btitudine redūdet in corp⁹ plenitudo ſani
tatis.i.vigor incorruptibil'. ¶ Tertio mō
dicit aliqd incorruptibile ex pte cauſe ef
ficient3. ⁊ hoc mō in ſtatu innocētie fuiſſet
hō incorruptibilis ⁊ imortalis. qꝛ vt dicit
Aug.in li.de q̄ſtionib⁹ noui ⁊ veter3 teſti.
De⁹ hoie3 fecit q̄ q̄diu nō peccaret imor
talitate vigeret: vt ipſe ſibi auctor eſſet aut
ad vitā aut ad mortē. Non em̄ erat corp⁹
ei⁹ indiſſolubile: p aliquē imortalitat3 vi
gorē in eo exiſtentē: ſed inerat aīe vis q̄
dā ſupnaturalit' diuinit⁹ data/ p quā pote
rat corp⁹ ab oī corruptōe pſeruari: q̄diu
ipi deo ſubiecta manſiſſet. qꝫ rōnabilit' fa
ctū eſt: qꝛ em̄ aīa rōnalis excedit porti
onē corpalis materie: cōueniēs fuit vt in
principio ei virt⁹ daret': p quā corpus con
ſeruare poſſet ſup naturā corpalis mate
rie Tho.vbi ſupra. vñ lic3 corp⁹ humanū
eſſet diſſolubile p naturā: tñ de⁹ dedit ho
mini triplex remediū ſicut triplicit' pōt de
ficere corpus humanū. ¶ Primo em̄ pōt
deficere p famē ⁊ ꝯtra hoc erat primū re
mediū qd dedit de⁹ pcipiendo Ade: qꝫ co
mederet de oī ligno paradiſi pter qua3
de ligno ſcientie ⁊c. Da exēplū de oleo in
lucerna ⁊c. ¶ Scdo pōt deficere ex ſene
ctute q̄ cauſat' ex defectu ſeu debilitate di
geſtiue ⁊ actiue virtut3: lic3 em̄ p cibū re
ſtauraret' humidū deperditū p actionē ca
lidi naturalis. inde iſta reſtauratio nō fit
ſm equalentiā: ſm qd dicit phs in primo
de gñā. qꝛ caro generata ex alimento im
purior eſt quā prima: ſicut vinū mixtū cū
aqua ⁊c. vide infra eo.ar.ij.ſmone.iiij.p.
iiij. Ad hoc g̊ qꝫ pdicta reſtauratio fieret
ſm equalentiā: ⁊ p ꝯſeqns impediret' ſene
ctus. indigebat hō eſu ligni vite. Vñ dic
Aug.xiiij.de ciui.dei.c.xxvj. qꝫ cibus ad
erat homini ne eſuriret: potus ne ſitiret/ li
gnū vite ne illū ſenecta diſſolueret. ⁊ h̄ eti
am vult Tho.pte.j.q.xcvij art.iiij. Ter
tio pōt deficere corp⁹ humanū p infirmi
tatē: ⁊ ꝯtra hoc de⁹ dedit tertiū remediū.
Nā ante pctm̄ erat vis quedā aīe ſupna
turalit' data diuinit⁹: p quā vt dictū ē po
teſt corpus ab oī corruptione pſeruari
quā diu deo ſubiecta māſiſſet. Vtrū autē
lignū vite ꝯferret hoi imortalitatē. Dic qꝫ
nō ſimplr: qꝛ virt⁹ cuiuſcūqꝫ corpis eſt fi
nita. vñ nō poterat virt⁹ ligni vite ad hoc
ſe extendere vt daret corpi durandi virtu
tē tpe infinito: ſed vſqꝫ ad tēpus determi
natū q̄ finito vel homo trāſlat⁹ fuiſſet ad
ſpūalē vitā/ vel indiguiſſet iter ſumere d
ligno vite: vt not. Tho.pte.j.q.xcvij.ar.
iiij. ¶ Sextus effect⁹ iuſtitie originalis
erat creaturaꝝ dñatio. Vñ Gen.j.fa.ho.
ad ima.et ſi.no.et pſit piſ.ma.⁊ vo.ce.et
be.vniuerſeqꝫ terre: omīqꝫ reptili qd mo
uet' in terra. qd intellige d creatura q̄ non
eſt ad imaginē dei. na3 ſup angelos hō nō
habuiſſet dñium: ſed de aliis creatur3: ſic
ſunt oia aīalia vt dt text⁹ vbi ſup. vt not.
Tho.pte.j.q.xcvj.ar.j.⁊.ij. qꝫ dic vt ibi p
eū late ponit'. Vñ ad preceptū Ade aīa
lia ſibi obediſſent ⁊ qd mir: Cū etiā in vi
tis patrū legat' idem de qbuſdā patrib⁹ q
bus beſtie qdam fere obediebāt: ſicut cro
codyli: vrſi: leones: dracones: ⁊ alie huiuſ
modi. Ex pmiſſis g̊ habem⁹ qd erat iuſti
tia original' ⁊ quos effect⁹ habebat: ex q̊
ꝯſequēt' clare ſequit' qd ſit pctm̄ originale
qd opponit' iuſtitie originali puatiue. Et
ideo theologi dñt: qꝫ pctm̄ originale nihil
aliud eſt q̄ carētia illi⁹ originalis iuſtitie
cū debito habēdi eam. Priuatio autē ſola
h3 potius rōne3 pene q̄ culpe cū ſit poti⁹
paſſio q̄ actio. Quare g̊ dicit' eſſe culpa:
Rñ. qꝛ huic puationi adiuncta eſt volun
tas Ade: ⁊ ꝯſeqnt' oim ab eo p rōne3 ſemi
nalē deſcendentiū: qꝛ oēs in eo peccauert
vt ait Apl's. Rom.v. Ideo g̊ habuit rō
nem culpe pter actū volūtatis adiunctū.
Quia aūt null⁹ eſt culpabilis: ſi nō habet
illud: qd nō tenet' habere. Ideo adiungit'
in diffinitōne cū debito habendi eā. Hoc
aūt qꝫ hic ſup dicit' qꝫ puatio ſola h3 poti⁹
rōnem pene q̄ culpe: intellige formalr: ſ3
materialit' eſt ꝯcupiſcentia. vt no. Tho.j.
ij.q.lxxxij.art.iij. Et declaro hoc qꝫ dicit'.
qꝫ eſt carētia ⁊c. Nā poſtq̄ Adā peccauit
fuit ſoluta rectitudo illa: q̄ erat ratio deo
ſubiecta. Cum aūt eſſet cauſa aliaꝝ ſubie
ctionū. ſ. viriū inferioꝝ ad rōne3: ⁊ corpis
ad aīam: ⁊ aīaliū ad hoiem: ꝯſequēter fuit
ſubſecuta etiā illaꝝ diſſolutio. Et ſic diſſo
luta hac armonia: incōtinenti vires infe
riores rebellauerūt ꝯtra rōnem: ita vt ſen
tirēt mot⁹ ꝯcupiſcētie. Et pterea: erubu
erūt de nuditate: vt dictū eſt. ſ. pte.j.hui⁹
ſmonis: ⁊ ſic corp⁹ rebellabit ſe ꝯtra aīam

⁊ beſtie hoī. Patz ergo. q̄d ſit pctm̄ origi‑nale. Quomō aūt iſtud pctm̄ traducatur ad poſteros: ⁊ quare: ⁊ vn̄ traducat̄. dicet̄ dn̄o ꝯcedēte. j. ſmōe ꝓxīo ſequēti Amen.

## ¶ Peccatū originale a ſeptem cauſis traducit̄. Ser. vii.

Quaſi a facie colubri ⁊c̄. Proſequēdo ſcd̄m articulū de pctō originali: ſeq̄t̄ videre de ſcd̄a ꝯſideratiōe: videlicʒ de tra‑ductione pcti originalis in poſteros. Sal utet̄ ꝟgo maria ⁊c̄. ¶ Pro introductiōe ergo ⁊ cōplemento materie querit̄: vnde: ⁊ ex quibꝫ cauſis pctm̄ originale traducat̄ ad poſteros: ⁊ ꝓ clariore intellectu videt̄ ꝙ a nulla cauſa neqʒ aliqua ratiōe poſſit ⁊ debeat traduci. Nam primo nō imprimit̄ a deo in aiam creante: q2 deus nō pōt eſſe autor mali culpe/nec cauſa pcti: vt dictuʒ eſt ſup̄. ar. j. ſer. iiij. de cauſalitate pcti. Cū em̄ deus ſit ipa bonitas: nō pōt eſſe cauſa mali: q2 bona arbor non facit fructus ma‑los. Mat. vij. ¶ Secūdo videt̄ ꝙ nec ab Adā peccante poſſit traduci. Scriptū eſt em̄. Fili⁹ non portabit iniquitatē patris: nec pater portabit iniq̄tatē filij. Eze. xviij. ⁊ ꝯfirmat̄ ratio. Nam quidā fecit penitē‑tiam: ꝑ quā recupauit gratiā dei: iuxta il‑lud Sap̄. x. Hui⁹. ſ. ſapiētie illud q̄ prius formatus eſt a deo. pater orbis terrarū cū ſolus eſſet creat⁹ cuſtodiuit ⁊ eduxit illuʒ a delicto ſuo: ſed penitentia Ade non pro‑fuit poſteris: nec traducta fuit. Ergo mul‑to minus peccatū Ade debuit traduci: q2 potentior eſt gratia q̄ȝ culpa: vt ꝓbat apo‑ſtolus Ro. v. ¶ Tertio: nec a primo pa‑rente generante: quia iam fuit mundatus ab originali per baptiſmū. Nemo aūt dat ꝙ nō hꝫ ¶ Quarto nec amore ꝯcipiente: q2 mater tantū p̄ſtat materiā. Vn̄ ſi Eua tātū peccaſſet: nō haberem⁹ originale pec‑catū: ſm illud Ro. v. Per vnū hoīeʒ pctm̄ intrauit i mōm. Et nota Tho. j. ij. q. lxxxj ar. v. ¶ Quīto nō ab actu mr̄imōiali. q̄a ille act⁹ ſi fiat cū debitʒ circūſtantijs ſine pctō fit/imo cū merito: q2 ē act⁹ religiōis: vel obedientie ad mandatum dei. Gen̄. ix. Creſcite ⁊ mlr̄iplicamini: licet dicat Gre. Quod vix ſine pctō fiat. xxxij. q. iiij. vir cū ꝓpria. Sexto nō ab aia noſtra: quia a dō creata eſt pura: ⁊ tanq̄ȝ tabula munda: q2 oīs creatura bona eſt. Et p̄terea de ratiōe pcti eſt: ꝙ ſit voluntariū. Vn̄ dicit Aug⁹. q. j. c. j. Vſqʒ adeo pctm̄ voluntariū ma‑lum eſt: vt ſi non ſit voluntarium: deſinat eſſe pctm̄: vt dixi ſup̄. arti. j. ſermo. j. pte. j. Septimo: nec videt̄ poſſe traduci a carne inquinātē. Ratio: q2 oīs carnis inq̄natio eſt corporalis. Nō em̄ poteſt caro ſubiectū eſſe peccati: ſed ſolū aia. Nullū aūt corpo‑rale inq̄nat aiam: ſic̄ dicit ſaluator. Mat. xv. Vn̄ pōt ſemen corruptū vel defectiuū eſſe cauſa corruptiōis corꝑalis: ſic̄ lepros⁹ qn̄qʒ generat leproſuʒ: ⁊ podagricus poda‑gricū. ⁊ etiā ſpūalis q̄ tamē non ſit culpa: ſicut fatu⁹ generat fatuū: ſʒ nō poterit de‑fectus corꝑalis eſſe cauſa directe defect⁹ ſpūalis: qui ſit culpa: p̄ſertim in alio: cum vt dixi idem rōne culpe eſt ꝙ ſit volūtaria ⁊ ipſa volūtas ſit cauſa effect⁹ culpe. Cuʒ ḡ fides catholica teneat/et eſt veritas/ꝙ pctm̄ originale traducat̄. querit̄: vnde ha‑beat peccatuʒ originale: ꝙ traducat̄: Cir‑ca ꝙ eſt notandū: qꝓ a ſeptē cauſis habet: q̊d traducat̄ diuerſis tamē reſpectibꝫ.

Primo quidem a diabolo primordialit̄ ⁊ ſuggeſtiue

Scd̄o a muliere originalr̄ ⁊ incitatiue

Tertio ab Adaʒ p̄ncipalr̄ ⁊ cōpletiue,

Quarto a parētibꝫ proximis inſtrumē‑taliter: ⁊ cauſatiue

Quīto a carne nr̄a carnalit̄ ⁊ effectiue

Sexto a deo precipiente occaſionaliter et permiſſiue

Septimo a deo puniente iuſtitialiter ⁊ inordinatiue

¶ Primo ḡ traducit̄ hoc pctm̄ a diabolo ⁊c̄. q2 ip̄e decepit mulierem: ſicut habetur Gen̄. iij. Si em̄ diabolus non fraudaſſet mulierē: nō peccaſſet mulier/⁊ cōſequēter nec Adam ⁊c̄. Propter hoc dicit̄ Sapiē‑tie. ij. Inuidia diaboli mors introiuit i or‑bem terrarū. Vide ſup̄. ſermone ꝓximo in tertio effectu. Nota cū dixit diabol⁹ Eue Cur p̄cepit vt nō comederetis ð omni li‑gno paradiſi: ⁊c̄. q2 ſi Eua fuiſſet ſapiēs ⁊ obediens debuiſſet reſpōdere: vade male‑dicte: nō em̄ debem⁹ q̄rere rationeʒ p̄cepti diuini: ſed debemus ſimpliciter deo obedi‑

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

re ⁊c̄. ſed nō fecit ſic: ſed voluit diſputare cū diabolo. ⁊ ideo incepit dubitare dicēs. ne forte ⁊c̄. ⁊ idcirco diabolus eā decepit di. Nequaq̄ moriemini. Ex quo nota moraliter/ ꝙ his q̄ nobis ꝓponunt a deo agenda vel credēda: ſimpliciter debem⁹ credere. Vide in ſermōib⁹ de articulis fidei: ſermone. v. pte. j. non excuſat homo: ꝙ ꝯſilio alterius fecit: qꝛ debuit ⁊ potuit explorare apud ſemetipm/ an expediret ei tale conſiliū. ff. māda. l. ij. in fi. ⁊ ſi q̄s dubitat debꝫ ꝯſulere peritiores. hoc notat glo. in. c. j. de ſum. trini. ſup ꝟbo. ſuggeſtione. ¶ Scd̄o pceſſit mulier minus ꝑncipaliter: qꝛ ipſa fuit ſeducta in preuaricatiōe: ⁊ nō homo. Vn̄ apl's. j. Tim̄. ij. Adam nō eſt ſeduct⁹ mlier aūt ſeducta in ꝑuaricatiōe fuit. Nota. Nō eſt ſeduct⁹. Glo. eo modo q̊ mulier. Vn̄ dicit ſanct⁹ Tho. ſ̄. Gen̄. iij. ſuper ꝟbo. Deditq̄ viro ſuo. Hec fuit occaſio mouēs viꝝ ad comedenduꝫ. Putabat em̄ eam tabeſcere ſi ſolatio viri deſtitueret. ſic̄ dicit Auguſti. ⁊ ideo comedit ad ſuggeſtionē ipſi⁹. Itē qꝛ vidēs eā comedere ⁊ nō mori: putabat nō tn̄ eſſe pctm̄. Promiſſio ꝗ̊ diaboli nō mouit ipm ad comedendū. Vn̄ Aug. xiiij. de ciui. dei. c. xj. Sicut em̄ Aaron erranti ꝓpl'o ad idolum fabꝛicādū nō ꝯſenſit inductus/ ſed ceſſit aſtrict⁹. nec Salomonē credibile eſt errore putaſſe idolis eſſe ſeruiendū: ſed blanditijs femineis ad illa ſacrilegia fuiſſe cōpulſum. Ita credendū eſt illū virum ſue femine: vni vnuꝫ hoiem homini/ cōiugē coniugi. ad dei legem tranſgrediendū: nō tanq̄ verū loquēdi credidiſſe ſeductū: ſꝫ ſociali neceſſitate paruiſſe: nō em̄ fruſtra dixit apoſtolus: ſꝫ Adā nō eſt ſeduct⁹/ mulier aūt ſeducta eſt qꝛ illa q̄d ei ſerpens locut⁹ eſt tāq̄ verum eſſe accepit ⁊c̄. Et nota ꝙ quantū ad alq̄d vno genere peccati peccauerīt vir ⁊ mlier .ſ. quantū ad actū exteriorē. ſcꝫ pcti gule ⁊ inobediētie: ⁊ quātū ad aliō nō ſcꝫ effectū interiorē. Vn̄ Aug. Alio mō decept⁹ eſt vir/ q̄ȝ mlier: q̄ falſū veꝝ putauit. Vn̄ adā nō credidit eſſe veꝝ ꝙ diabol⁹ ſuggerebat nec apetijt ꝙ mlier apetijt: ſcꝫ excellentiaꝫ diuinitatꝫ. licꝫ gradū aliquē ex comeſtiōe pomi putaret ſe cōſequi. hec Tho. vbi ſup̄ Si ꝗ̊ mlier fuit cā peccati: viri nō aūt ab ipſa ꝑncipaliter ⁊ cōpletiue peccatū originale contractū eſt: qꝛ ſi ipſa ſola peccaſſet: nō fuiſſet ꝯtractū originale: ſed qꝛ fuit cā pcti viri. Iō dꝛ etiā a muliere pctm̄ originale originē traxiſſe. min⁹ tn̄ ꝑncipaliter. Iō dꝛ Eccl. xxv. A muliere initiū factū ē pcti: ⁊ ꝓpt̄ ipm oēs morimur/ q̄d eſt verū initiatiue: ſed nō cōpletiue ⁊ terminatiue vt dixi. ¶ Tertio pceſſit ab Adā ꝑncipaliter ⁊ cōpletiue: ſicut em̄ donū iuſticie originalis fuit collatū. primo homini nō ſm̄ ſe: ſed vt erat via ꝓpagationis ⁊ principiū totius humani generis: ita ꝙ tale donum ꝑ ꝓpagationē ⁊ originē deriuatū fuiſſet ad omnes poſteros. Ita ſimiliter Adam peccante facta fuit carētia talis rectitudinis. et talis iuſtitie in ipſo: non ſolum ſm̄ ſe: ſꝫ vt talis carentia debebat per originem et propagationē in omnes poſteros deriuari. ſicut ſi rex dediſſet vnū caſtrum vel ciuitatem cuidā militi pro ſe et ſuis heredibus in ꝑpetuū: ſed poſtea miles ille cōmiſiſſet crimē rebellionis vel leſe maieſtatis in regem: iuſte ꝑuaretur caſtro ipe ⁊ heredes ſui: ⁊ ſi poſtea venirēt ad regem: dicentes. Domine date nobis caſtrū. Diceret rex/ nō debetis habere: qꝛ eſtis filij ꝓditoris. Domine nō cōmiſim⁹ nos culpaꝫ: ſꝫ pater noſter. Reſpōderet. Et ideo non do vobis penam ſenſibilem ſeu poſitiuam: ſꝫ priuatiuam ſic: quia caſtrum non habebitis: quia ſicut ipe miles habuit caſtrum ꝓ ſe ⁊ filijs. ita ipe perdidit ꝓ ſe ⁊ filijs. Sic in propoſito ⁊c̄. Notandū tamen ꝙ hec ſimilitudo bene probat quomodo peccatuꝫ originale traducitur ad poſteros: inquantum eſt pena peccati primi parentꝫ: ſed nō probat ꝙ habeat rationem culpe. de cuius ratione eſt ꝙ ſit voluntaria. Oportet ergo huic rationi addere rationem ſancti Tho. que infra ſtatim ponitur. de quattuor locis animarū in eodē ſecundo articulo vbi agitur de limbo puerorum. ſermōe. ij. Et ſi dicatur quare Adam non recuperauit gratiam iuſtitie originalis ꝑ penitentiam: ſicut recuperauit gratiam ad remiſſionem culpe: et meritum glorie: iuxta illud Sap. x. Eduxit illum a delicto ſuo: ex q̊ videtur quod debuit recuperare gratiam etiam ad amiſſe immortalitatis effectum Sed reſpondeo ꝙ ratio eſt: quia hec reſeruabatur chꝛiſto per quē nature ꝯfectus in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

m̄elius reparandꝰ erat vt not. Tho.j.p.
q.xcvij.ar.j.ad tertiū. Itē ſi dicaꝛ quō pu
niꝛ filius ex culpa pr̄is: reſpondeo. Filiꝰ
non puniꝛ ꝓ peccato patrꝫ niſi ſit ꝑticeps
culpe. ⁊ ſic eſt in ꝓpoſito. deriuaꝛ em̄ ꝑ ori/
ginale culpa a patre in filiū: ſicut ⁊ pecca
tū actuale ꝑ imitationē. Quomō aūt oēs
nos dicimur peccaſſe in Adam: eſt decla/
randū. Pro cuiꝰ intellectu, ſm̄ Tho.j.ij.q
lxxxj.ar.j.eſt notandū. qđ om̄es homines
q̄ naſcunꝛ ex Adam poſſunt cōſiderari vt
vnus hō/ inquantū cōueniunt in natura
quā a primo parente accipiūt. ſecundū qđ
in ciuitatibꝫ om̄es: qui ſunt vniꝰ cōitatis
reputanꝛ quaſi vnū corpus: ⁊ tota cōmu/
nitas quaſi vnus hō. ſi igiꝛ om̄es hoies ex
Adam deriuati ſunt tanquā multa mem
bra vniꝰ corporis. Actus aūt vniꝰ mēbri
corpis puta manꝰ non eſt voluntariꝰ vo/
luntate ipſiꝰ manus. ſed volūtate anime
q̄ primo mouet membra. Vn̄ homicidiū
qđ manus ꝯmittit nō imputaꝛ manui ad
pctm̄: ſi ꝯſideraꝛ manus ſm̄ ſe: vt diuiſa a
corpe: ſed imputareꝛ ei inquantū eſt aliq̄d
hoinis qđ moueꝛ a primo principio mo/
tiuo hominis. Sic igiꝛ inordinatio q̄ eſt
in ipſo hoie ex Adam generato: nō eſt vo
luntate ipſiꝰ: ſed voluntate primi paren/
tis: q̄ mouet motione generatōis oēs qui
ex eiꝰ origine deriuanꝛ: ſicut volūtas aie
mouet oīa mēbra ad actum. Vnđ pctm̄
ꝙ a primo parente in poſteros deriuaꝛ đr
originale: ſicut peccatū ꝙ ab aīa deriuaꝛ:
ad mēbra corpis đr actuale: ⁊ ſic pctm̄ actu
le ꝙ ꝑ mēbrū aliq̄d cōmittiꝛ nō eſt pecca/
tū illiꝰ mēbri/ niſi inquantū illud mēbrū
eſt aliquid ipſiꝰ hois/ ꝓpter qđ vocaꝛ pec/
catū humanū: ita peccatū originale nō eſt
pctm̄ huiꝰ ꝑſone: niſi inquantū hec ꝑſona
accipit naturā a primo parente. Vn̄ vo/
caꝛ pctm̄ nature ſm̄ illud Ephe.ij. Era/
mus natura filij ire. ſm̄ Tho. vbi ſ. Et ꝑ
hoc ptꝫ quō peccatū originale habeat rō/
nem culpe in om̄ibꝫ hoibus deſcendentibꝫ
ab Adam ꝑ ſeminalē rōnem. i. ꝑ viā acti/
uā in generatiōe. Et ꝑ h̄ reſpondeꝛ ad oīa
argumēta: q̄ poſſent fieri in ꝯtrariū ꝑ
que ꝓbatur ꝙ vnus ꝓ alio puniri non de/
bet. ꝓſertim pena ſpirituali que eſt ꝓuatio
gratie: q̄ formaui infra in ſmonibꝫ de q̄t/
tuor locis. ar.ij. vbi agitur de limbo pue/
rorum: qꝛ hic hoies puniunꝛ quidē priua
tione originalis iuſtitie, ⁊ gratie ꝓpter pec
catū patrū quod comiſerūt in Adam ra/
tione iam dicta. Sed ſi peccatū originale
nō haberet rōnē culpe in nobis: adhuc nō
eſſet incōgruum filios puniri ꝓ peccatis
parentū pena poſitiua corꝑali: vel temꝑa
li vel etiā ſpirituali priuatiua. Sicut ꝓbi
gr̄a ptꝫ. de iure diuino. Exo.xx. Ego ſum
deus zelotes viſitans iniquitatē patrū in
filios: in tertiaꝫ ⁊ quartā generatōeꝫ. Si
cut etiā de iure ciuili. patet in crimine leſe
maieſtatꝫ. C.ad.l.iul.ma.l. Quiſq̄s cano
nizata. in decretꝫ.iij.q.vj. quiſq̄s. ſic etiā
de iure canonico ptꝫ in hereticis. de hereti
cis. ca. Vergentis. Itē in ſciſmaticis. De
ſciſmaticis. ca. vnico. libro ſexto. Itē in ꝑ
ſecutoribꝫ cardinaliū. de penis. ca. felicis
li.vj. Item in alio caſu. de penis. c. in qui/
buſdā. facit qđ not. Glo. Joan. anđ. in re
gula. nō debet. li.vj. Sic etiā qđ facit col
legiū ciuitatis imputaꝛ toti ciuitati: ⁊ qđ
facit princeps etiā imputaꝛ populo. Vn̄
ꝓpter delictuꝫ principis pōt ciuitas inter/
dici: vt in. c. ſi ſnia. §. j. ij. đ ſen. excōi. li.vj.
not. in. c. Quod nōnullus. de prin. ⁊ in. c.
j. de vſu. li.vj. ⁊ in. c. roma. §. fi. de ſen. ex/
cōi. li.vj. ¶ Quarto ꝓcedit a parentibꝫ ꝓ
ximis ⁊c̄. Nec obſtat ſi dicaꝛ. ꝙ ipſi nō ha
bēt illud originale pctm̄: qꝛ Rn̄. ꝙ ipi nō
habent illud reatu: ſed actu: ſi actus pec/
pcti originalis eſt carētia ipſiꝰ originalis
iuſtitie ſiue fomes ſeu ꝯcupiſcētia ⁊c̄. Et
declarabiꝛ infra cum agetur de remedijs
peccati originalis. Exemplū habemꝰ ſeu
ſimilitudinē: ſicut iudeus circūciſus gene
rat filiū cū preputio ⁊ granū mundū ſemi
natū ꝓcreat granū cum palea. ⁊ ratio hu/
ius eſt: qꝛ pater generat filiū cum ꝓputio
non ſm̄ ꝙ curatus eſt in mente: ſed ſm̄ ꝙ
corruptus eſt in carne: non ſm̄ ꝙ eſt ſpūa
lis: ſed ſm̄ ꝙ eſt carnalis. Et h̄ vult Tho.
j.ij.q.lxxxj.ar.iij.ad.iij. Eſt aūt notan. ꝙ
vt dicit Tho. in.ij. ſen. ⁊ tāgit in.iij. di.xxx
ij.q.ij.ar.ij. ꝙ corruptio originalis quan/
tū ad illud ꝙ eſt culpe tranſit in prolem a
patre: quantū vero ad illud qđ tantuꝫ eſt
pene: ſicut ſunt corpis paſſibilitates trā/
ſit in proleꝫ a matre: qꝛ materiā miniſtrat
ſm̄ Tho. Et patꝫ in chriſto qui qꝛ nō fu/
it ꝯceptus a ſemine viri: ideo non ꝯtraxit

culpā:ſed qꝛ fuit cōceptꝰ de ſemine mulieris/idō traxit penā. Idō dicit apl's Ro.viij. O, deus miſit filiū ſuū in ſilitudinē carnis peti. ¶ Quinto cauſatur hoc pctm̄ a carne nr̄a carnaliter ⁊ effectiue. nā anima nr̄a eſt forma ⁊ actus corpis: et idō agit in corpus ſicut in materiā. Actus autē actiuorū ſunt in patiēte bene diſpoſito: ⁊ vnū quodqꝫ recipiť ſꝫ modū recipiētis. Cū ergo caro nr̄a infecta/ ſit traducta ex carne infecta: nō eſt apta nata nec ē diſpoſita recipe aiam cū illa pulchritudine: ⁊ cū illa rectitudine originalis iuſtitie/cū qua recepta fuit in carne primi hois anteq̄ꝫ peccaret: oportꝫ ḡ ꝙ caro ſic infecta recipiat aiaꝫ cū carētia illius pulchritudinis ⁊ rectitudinis: licꝫ aia a deo pura creetur ⁊ mūda. Accipe ſilitudinē de vino: qd̄ q̄ntūcunqꝫ ſit purū ⁊ ſanū: ſi recipiatur in vegete infecta ⁊ corrupta: inficiť et corrūpiť. Et pomuꝫ q̄ntūcunqꝫ mundū: ſi poneretť in manu ifecta ⁊ deturpata: inficereť ⁊ deturparetur a manu. Propť qd̄ diciť in ps̄.l. Ecce em̄ in iniq̄tatibꝫ cōceptꝰ ſum. Sꝫ attende ꝙ iſta ſilitudo non eſt vſqꝫ quaqꝫ bona: q̄a vnū eſt quid corpale: vn̄ vero miruꝫ ſi inficiať a re corpali. ſed dic ꝙ corpus non pōt directe eſſe cauſa infectiōis anie.i. culpe: ſed ꝑ accidēs: ſic ſicut cauſa ſine q̄ nō. ſicut videmus in pctō actuali. Quia q̄s ſi comedit carnes in quadrageſima: ille carnes nō coinquināt directe animā. Mat.xv. Non qd̄ intrat in os coinq̄nat aiaꝫ ⁊c̄. ſed inobediētia ⁊ rebellio ad deū coinquinat aniam ꝓpter eſum carniū: ⁊ ſic caro infecta nō inficiť aiaꝫ directe: ſꝫ ipa culpa originalis quā oēs cōmiſimꝰ in Adam: que cōtrahiť ab ania dum infundiť carni: ita ꝙ caro nō eſt cauſa directa ⁊ ꝑ ſe inficiēdi aiam: ſed eſt cauſa ꝑ accidēs: ſine qua nō. Vel dic ꝙ caro pōt eſſe cauſa culpe: cauſa inquā inſtrumētalis: nō aūt principalis. ⁊ ſentit Tho.j.ij.q.lxxxiij.ar.j. ¶ Sexto ꝓcedit ex p̄cepto dei ſiue a deo p̄cipiente: occaſionaliť tamē. Si em̄ deus nō ꝓhibuiſſet ipſi Ade eſum ligni vetiti: tunc comedendo de illo non peccaſſet. ꝓpter hoc peccauit: qꝛ ꝓhibitū fuit/⁊ cōtra ꝓhibitiōem fecit. Et ſic p̄ceptū illd̄ dei fuit origo peccati occaſionaliť/eo modo quo apl's dicit Rom̄.vij. Occaſiōe aūt accepta pctm̄ per mandatū operatū eſt in me oēm cōcupiſcentiā. Et infra. ⁊ inuentū eſt nihil: mandatū qd̄ erat ad vitaꝫ/eſſe ad mortē. Itē Ro.v. Subintrauit lex vt abundaret delictuꝫ. ¶ Septimo ꝓcedit ex lege diuina puniēte ⁊ regulante. Sicut em̄ princeps eccl'ie iuſte ordinauit/ꝙ quicūqꝫ naſciť ex fornicatione: ipſo facto incurrat notā irregularitatis: ⁊ talis nota infligiť a iure. ſicut in veteri teſtamēto ordinauerat deus ꝙ multi eſſent ꝓhibiti miniſtrare. ſicut natus ex ſcorto/⁊ habēs retortū naſum/⁊ leproſuꝫ ⁊c̄. De q̄ ꝑ Gre.xlix.di. hinc etem̄. ſic etiā ipe deus totius machine vniuerſalis/legeꝫ ſtatuit a principio. vt ſiq̄s ab eo apoſtataret: tota eiꝰ ꝓpagatio pctm̄ originale incurreret. vt diciť in.ij.ſniarū. Iteꝫ ſicut hō quantūcunqꝫ cōtinēs ſit de ſe: tn̄ efficiť bigamus ⁊ irregularis/ſi cōtrahat cuꝫ muliere corrupta ex lege diuina: ſicut apoſtolo ordinante/ꝙ clericus debet eſſe vnius vxoris incorrupte vir: ſicut diciť.j. Tim̄.iij. ⁊ in decretis.xxxiiij.di. curāduꝫ. ⁊.c. ſiquis viduā. ſic ſpūs rōnalis contrahens matrimoniū cū carne q̄ fuit in Adā corrupta: cōtrahit reatū peccati originalis: ꝓpter quē eſt ineptꝰ ad ordines hierarchie celeſtis/niſi poſtea diſpenſeť cum eo. Et ſi dicas: qualiter puniť iſte cū tale matrimoniū nō poſſit vitare/cū talis conſenſus non ſit in eius ptāte: Rn̄deo. puniť ex culpa Ade/in quo oēs peccauerūt. Ro.v. Puniť aūt pena nō poſitiua.i. ſenſus: ſed tm̄ priuatiua.i. damni: ſicut iudex qn̄ efficitur irregularis. De q̄ tn̄ latius deo dante diceť infra ſeq̄nti ſmone: vbi agetur de pena peccati originalis. ⁊ ſic patet quō et qn̄/⁊ vnde traducať originale.

## ¶ De.vij. penis pcti originalis Sermo.viij.

O Vaſi a facie colubri ⁊c̄. Sequiť videre de tertia ꝯſideratiōe ſecūdi articuli/vicꝫ d̄ pena pcti originalis. Salutetur virgo ⁊c̄. Pro huiꝰ ḡ materie declaratōe queriť Vtrū remaneat aliq̄ pena ex pctō originali: Et videť prima facie ꝙ nō. Nā remota cā remoueť effectꝰ.i fi.c. ⁊ ſi chrs.

de iureiu.c.cuꝫ infirmitas.de pe.ꝛ remiſ.
c.cū ceſſante.de appel. Cauſa aūt penarū
q̄ ex pctō inferūtur originali/eſt pctm̄ ori
ginale.ſed pctm̄ originale tollit̃ per bapti
ſmū:q̄ operat̃ remiſſionē omniū pctōꝝ in
virtute paſſiōis chr̄i.ḡ videt̃ ꝙ poſt bapti
ſmū nulla pena originalis debeat rema/
nere. Ad qd̓ dicēdū ꝙ mediāte ꝟtute paſ
ſionis chr̄i ex qua ꝓcedit virt⁹ baptiſmal̓:
oīs pena pcti originalis delet̃.tñ diuerſi/
mode:qꝛ quedā pene delent̃ ſtatim per ba
ptiſmū:ſicut pena ſpūalis.ſ.macula anīe ꝛ
pena dānatōis q̄ debet̃ origiali. Iſte ei pe
ne ꝯſequūtur pctm̄ ꝑ ſe:ꝛ nō oēs hmōi pe
ne ſunt ſublate ſublata culpa ꝑ baptiſmū:
ſed paſſibilitas/et mortalitas/ꝛ fames/et
ſitꝭ:ꝛ hmōi.ꝛ etiā ꝯcupiſcētia ſiue fames
ſūt pene culpe originalis nō ꝑ ſe:ſed ꝑ ac/
cñs: pctm̄ ei origiale cauſauit has penas
tanq̄ꝫ remouēs/ꝓhibēs. Remouit em̄ iu/
ſtitiā originalē:ꝑ quā cōſeruabat̃ hō ex ſu
pernaturali dono dei in imortalitate:cuꝫ
tñ ſm̄ naturā mortal̓ eſſet. ſublata aūt iu/
ſtitia originali ꝑ pctm̄:remāſit hō in natu
ralib⁹ puris/ꝛ iō remāſit mortalis. ḡ eſt a
natura ꝑ ſe:ſꝫ ex pctō orgiali ꝑ accñs. ſub
lato ḡ pctō origiali q̄ntū ad culpā ꝑ bapti
ſmū:cōſequēter auferūtur pene cōſeq̄ntes
ꝑ ſe:nō aūt tollunt̃ pene cōtrahentes ꝑ ac
cidēs. Et ſi q̄rat̃:quare? Rn̄deo.quadru/
plici rōne:vt infra ſubdit̃. ſed principalis
ratio eſt:qꝛ ille nō ſunt pene pcti origina/
lis,de quo ſūt q̄nq̄ꝫ rōnes. Et eſt ſexta ra
tio.qꝛ etiam ſi hmōi eſſent pene pcti origi
nalis:tñ nō tollunt̃/eo ꝙ nō totaliter tol/
litur pctm̄ originale ꝑ baptiſmū niſi q̄ntū
ad culpā:tunc em̄ tolleret̃ pctm̄ originale
qñ recuperaret̃ iuſtitia originalis.qd̓ non
fit:ergo ꝛc̄. Et ſi dicat̃:quare ḡ tolluntur
macule anīe ꝛ pene damni/ꝛ iſte alie pene
nō? Rn̄deo:qꝛ ille cōſequūtur pctm̄ origi
nale ex ꝑte culpe. q̇a ergo culpa aufertur
ꝑ baptiſmū/cōſeq̄nter auferunt̃ ꝛ ille.iſte
aūt pene.ſ.morsꝛ hmōi:nō ꝯſequūtur ori
ginale ex ꝑte culpe/ſed ex ꝑte pene.i.priua
tionis iuſtitie originalis.que qꝛ etiā poſt
baptiſmū remanet: ꝯñter etiaꝫ pene iſte.
Quedā ꝟo pene nō ſtatim/ſed tp̄e a diui
na ſapiētia ordinate:ſicut ē paſſibilitas et
mortalitas:fames/ſitis:ꝛ hmōi:q̄ nō nūc
ꝓpter cām iā dictā:ſed poſt reſurrectioneꝫ
corpoꝝ tollentur.pn̄t etiam aſſignari ali/
que cāe morales q̄ꝛ dicte penalitates etiā
pene:necnon dimittunt̃. ¶ Prima eſt vt
mēbra capiti ꝯformen̄t. Caput em̄ noſtꝝ
eſt chr̄s. Eph.j. Ip̄m.ſ.chr̄m dedit caput
ſuꝑ oēm eccl̓iaꝫ q̄ eſt corp⁹ ipſi⁹. Ro.viij.
Quos p̄ſciuit ꝛ p̄deſtinauit cōformes fie
ri imaginis filij ei⁹ ꝛc̄. Et iō oportꝫ ꝙ ip/
ſaꝫ ipaſſibilitatē ꝛ imortalitatē cōſeq̄mur
eo mō q̄ chr̄s cōſequutus eſt. Nō em̄ erit
cōgruū ꝙ mēbrū caput excederet. Ip̄e au
tem chr̄s licꝫ eſſet plen⁹ oī grā ꝛ ꝟtute:tñ
habuit corp⁹ paſſibile in q̄ ſalutē nr̄am ex
ercuit. Impaſſibilitatē aūt corpis nō ha/
buerit niſi merito paſſiōis ꝛ crucis ꝛ poſt
reſurrectiōeꝫ:iuxta illud Phil̓.ij. Habuit
manus ad bona oꝑa. Vñ de talib⁹ poſſet
dici illud. Oculos hñt ⁊ nō videbūt: Au
res hñt ⁊ nō audiēt: Nares hñt ⁊ nō odo
rabunt: Manus hñt ⁊ nō palpabūt: Pe
des hñt ⁊ nō ambulabūt ⁊c̄. ps̄. Jtē Eſa.
vj. ⁊ Mat. xiij. Auditu audietis ⁊ nō in
telligetis ⁊c̄. videntes videbitis ⁊ nō vide
bitis. Jncraſſatū eſt cor ꝑpl̄i hui⁹/⁊ auri
bus grauiter audierūt/⁊ ocl̄os ſuos clau
ſerūt: nequādo videāt oculis/⁊ auribꝫ au
diant/⁊ corde intelligāt: ⁊ cōuertanꝛ ⁊ ſa
nem eū. Et. v. c. p̄cipit diabolo dicēs. Ex
cēca cor ꝑpl̄i hui⁹. ſ. ꝓpter demeritū pcti: ⁊
aures ei⁹ aggraua ⁊ oculos ei⁹ claude: ne
forte videat oculis ſuis/⁊ aurib⁹ ſuis au
diat: ⁊ corde ſuo intelligat ⁊ ꝯuertatur vt
ſanē eos. Et Hiere. v. Audi ꝑpl̄e ſtulte q̄
nō habes cor: q̄ habetis oculos ⁊ nō vide
tis/aures ⁊ nō audiṫ. Et Eſa. xliij. Educ
foras ꝑpl̄m cecū ⁊ oculos habentē: ſurduꝫ
⁊ aures ei ſunt. Jſtaꝫ ergo mortē debem⁹
fugere: qꝛ potius oīa mala debemus pati
q̄ꝫ peccare. Nota exēplū de Suſanna q̄ di

xit. Si em̄ hoc egero/mors ineſt: ſi aūt nō
egero: ñ effugiā man⁹ vr̄as. ſꝫ meli⁹ mihi
eſt incidere abſqꝫ opere in manus vr̄as/q̄ꝫ
peccare in ꝯſpectu dñi. Dañ. xiij. Sꝫ heu
hodie pauci ſunt q̄ effugiūt iſtā mortē: ſed
mortē corꝑalē multi ⁊c̄. cum tñ hec fugi ⁊
euitari poſſit: illa ꝓ non. Jō dicit̄ Eccl.
xxj. Quaſi a facie colubri fuge pctm̄. ⁊ in
fra. Dentes leonis/dentes ei⁹ interficien
tes aīas hoīm. ¶ Scd̄a mors eſt corpora
lis. Heb. ix. Statutū eſt hoībꝫ ſemel mo
ri. ⁊ hec mors ꝓcedit ex prima: qꝛ niſi fuiſ
ſet mors aīe ex pctō/nō fuiſſet mors cor
poris. nō quidē ex natura/ſꝫ ex gr̄a. vt ſu
pra dictū eſt. Vide ſupra ar. ij. ſer. j. ꝑte. v.
Poſtq̄ꝫ em̄ homies diu vixiſſent in ꝑadiſo
terreſtri: dixiſſet de⁹ Michaeli vt colloca
ret in ꝑadiſo celeſti/et ſine dolore et mor
te fuiſſent in paradiſo celeſti collocati: ſed
ex morte aīe ꝓceſſit mors corꝑis. vt pꝫ
Geñ. ij. qñ de⁹ dedit p̄ceptū ipſi Ade di
cens. Jn quacunqꝫ die comederis/morte
morierꝭ. De⁹ dedit hoc p̄ceptū Ade vt co
gnoſceret ſuꝑ ſe dñm ⁊ ſuperiorē: alioquin
forſitā graui⁹ corruiſſet ꝑ ſuperbiā. Nota
morte morieris. ſ. aīe ⁊ etiā corꝑis. Dice
ret aliq̄s: quō eſt verū hoc/cū Adā poſtq̄ꝫ
peccauit vixerit nongentis annis et. xxx.
ſicut habet̄ Geñ. v. Rñdeo. hoc dixit ꝑpt̄
neceſſitatē moriendi ⁊ cōtinuū curſuꝫ ad
mortē. Eſt em̄ differentia int̄ mori ⁊ mor
tuū eſſe. Nā nos oēs nō ſumus mortui/⁊
tñ cōtinue morimur dū viuim⁹. qꝛ media
vita in morte ſumus. ij. Re. xiiij. Oēs mo
rimur et q̄ſi aque in terra dilabimur: que
nō reuertunt̄. Sic lapis dū cadit de alto
dicit̄ lapis cadit: ſed qñ iā eſt in terra/dici
tur lapis cecidit. Jō qñ aliq̄s interrogat̄
quid facit/pōt reſpōdere morior: ſicut qñ
fur ducit̄ ad furcas/poteſt dicere Vado
ad mortem. Sic et nos ducimur ad mor
tem: cum quadriga ſolis qui habet quat
tuor rotas. i. quattuor tempora anni. ſcꝫ
ver/eſtatē/autumnū/⁊ hyemē. ⁊ ſic fit ex
ecutio ⁊ ſn̄ia iā lata: et eſt cōformatus pro
ceſſus. De quo ꝓceſſu notari⁹ dei Dauid
ſcribit di. ps̄. cxxxviij. Jmꝑfectū meū vi
derūt oculi tui: et in li. tuo om. ſcri. di. for.
⁊c̄. Sn̄iaꝫ aūt ſcripſit alius notari⁹ dei. ſ.
Eze. di. Aīa q̄ peccauerit/ipſa morietur
Eze. xviij. Jō debem⁹ totis viribus diui

nā miſcdiam fletibus flectere/ vt mutet
ſententiā in nobis ⁊c̄. Et ſic nota ꝙ moꝛs
dicit̄ naturalis ⁊ penalis diuerſis reſpec-
bus. Nam ſi cōſideret̄ reſpectu cauſe effi-
cientis ꝑncipalis q̄ eſt deus/ hō eſt imoꝛ-
talis: et ſic etiaȝ ex parte cauſe foꝛmalis q̄
eſt aīa imoꝛtalis. ⁊ ſic non eſt moꝛs natu-
ralis/ ſed eſt pena illata ꝓpter culpā. ſi aūt
ꝯſideret̄ homo ex ꝑte cauſe materialis/ eſt
naturalis moꝛs. vt dixi ſupꝛa ar. ij. ſer. iiij.
ꝑte. ij. iij. ⁊. iiij. Et ideȝ ſi cōſiderat̄ homo
ex ꝑte cauſe finalis que eſt viſio dei: poteſt
dici moꝛs naturalis. Exo. xxxij. Non me
videbit homo ⁊ viuet. vt dixi ſmone vbi
ſupꝛa ꝑte. v. Et tangit Tho. j. ij. q. lxxxv.
ar. vlt. Sed vide latius hoc inferiꝰ in hoc
ſermone imediate in queſtione q̄ incipit:
Quero vtrum moꝛs ⁊c̄. Pꝫ ergo quō ex
pctō moꝛs ꝓceſſit: moꝛs nō ſolū aīe/ ſed
etiā coꝛpoꝛis. Jō Ro. v. Per vnū hoīem
pctm̄ intrauit in mundū/ et per peccatum
moꝛs. Et qꝛ illa moꝛs incerta eſt quadru-
plici incertitudine. ſ. quādo/ vbi/ quō/ ⁊ in
q̄ ſtatu. Declara. licet certiſſima ſit. Et iō
deberemꝰ ꝓuidere/ qꝛ fugere eā non poſſu-
mus. Jō dicit ecclia. Emendemꝰ in me-
lius q̄ ignoꝛanter peccauimus: ne ſubito
ꝑoccupati die moꝛtis queramꝰ ſpatiū pe-
nitētie ⁊ inuenire nō poſſimus. Jdeo in
die cineruȝ datur cinis/ ⁊ dicit̄ Memēto
homo qꝛ cinis es ⁊ in cinerē reuerterꝭ. No-
ta practice ꝯtra multos q̄ fugiunt moꝛtē
coꝛꝑis/ ſed nō aīe ⁊c̄. Pꝛouideamꝰ ergo
cōfitendo de peccatis ꝑ tꝑe/ ⁊ nolimꝰ ex-
pectare ad moꝛtē: qꝛ nemo ſcit vtrū homo
moꝛiat̄ cū lingua vl' ſine lingua ⁊c̄. Ecci.
xvij. dꝛ. Ne demoꝛeris in erroꝛe impioꝛū.
ante moꝛtē cōfitere. a moꝛtuo em̄ quaſi ni-
hil perit ꝯfeſſio: cōfiteberis viuēs. viuꝰ ⁊
ſanus cōfiteberis ⁊ laudabis dn̄m/ ⁊ glo-
riaberis in miſerationibꝫ eius. Jtem dn̄s
dicit Luc. xij. Jōq̄ꝫ eſtote parati: q̄a qua
hoꝛa nō putatis filius hoīs veniet. Nota
hic d̄ teſtamētis fiendis a viuis ⁊c̄. Nota
cōtra illos q̄ debēt reſtituere mala ablata
⁊ dicunt. Ego dimittā in teſtamēto. Pri-
mo em̄ neſciūt ſi moꝛiant̄ cū lingua. Nota
de dn̄o Nicolao ſpēali ⁊c̄. Scdo dico ꝙ
etiā ſi faciāt teſtamentū in moꝛte/ tūc nō
pn̄t bene facere. tū ꝓpter moleſtiā infirmi-
tatis/ tū ꝓpter hoꝛroꝛē moꝛtis. qꝛ mens te-
statoꝛis moꝛtis/ cogitatōe turbat̄. tum qꝛ
videt cōtrouerſias conſanguineoꝝ de te-
ſtamēti factiōe. Tertio dico ꝙ h̄ non ſuffi-
cit/ qꝛ tenet̄ ſtatim reſtituere ſi pōt. Jō de-
bet vnuſq̄ſq̄ꝫ vēm ſe ꝑparare Pꝛimo ꝑ cō-
feſſionē. Scdo ꝑ teſtamēti factionē ieiu-
nando/ opa miſcdie exercēdo: ⁊ alia bona
opa faciendo. ¶ Tertia moꝛs dꝛ gehēna-
lis vel infernalis: ⁊ h̄ in alio mōo. Poſtq̄ꝫ
em̄ aīa trāſit de coꝛꝑe cū pctō moꝛtali/ ſta-
tim detrudit̄ ad infernū. vt ꝓbat̄ Job. xxj
Tenēt tympanū ⁊ cytharā/ ⁊ gaudent ad
ſonitū oꝛgani: ducūt in bonis dies ſuos et
in pūcto ad infernū deſcendūt. Nota tym-
panū ſcat pctm̄ luxurie. cythara peccatuȝ
auaritie, oꝛganū pctm̄ ſuꝑbie ⁊c̄. Declara
vt habet̄ ꝑ mgr̄m Vincē. dn̄ica. ij. poſt fe-
ſtū trini. ſer. v. ꝑ. iij. Jtē Luc. vj. Moꝛtuꝰ
eſt diues ⁊ ſepultꝰ ē in infer. Pꝛobat̄ ⁊ ra-
tiōe. qꝛ ſicut bonis ꝑmiū/ ſic ⁊ malis pena
debet̄. Sȝ de bonis pꝫ/ ꝙ ſtatim ad ꝑadi-
ſum euolāt ſi ſint ꝑfecte boni. vt pꝫ Luc.
xxiij. cū dn̄s pendēs in cruce dixit latroni.
Hodie mecū eris in ꝑadiſo. g̊ ⁊c̄. Ad ideȝ
facit qō dic̄ apl's. ij. Co. v. Scimꝰ em̄ qm̄
ſi terreſtrꝭ do. no. hu. ha. diſ. ꝙ edi. ex deo
habe. do. nō ma. ſȝ eternā in ce. Per hoc g̊
excludit̄ erroꝛ q̄rūdā grecoꝝ: q̄ dicūt aīas
añ coꝛpoꝝ reſurrectionē neq̄ꝫ ad celū aſcē-
dere/ neq̄ꝫ ad infimuȝ demergi. De quo ꝑ
Tho. in. iiij. cōtra gentil'. c. xcj. De hac igi-
tur moꝛte gehēnali loquit̄ Dauid dicens.
Moꝛs peccatoꝝ peſſima. pſ. xxxiij. Ma-
la eſt moꝛs q̄ priuat hominem vita coꝛꝑa-
li. peioꝛ q̄a priuat vita ſpirituali gr̄am dei
ab anima auferēdo. ſed peſſima eſt hec ge-
hennalis: qꝛ priuat vita eterna moꝛs eter-
nalis: q̄ differt a tertia moꝛte hic ſup̄ poſi-
ta. ¶ Quarta eſt hec: qꝛ illa moꝛs eſt ſo-
lum in aīa: ſed hec etiā poſt diē iudicij in
aīa ⁊ in coꝛꝑe. De hac moꝛte dicit Joā.
Timidis ⁊ incredul'/ et execratꝭ/ ⁊ homi-
cidis/ et foꝛnicatoꝛibꝫ/ et nepharijs/ ⁊ ido-
latris/ ⁊ oībꝫ mēdacibꝫ: ꝑs illoꝝ eſt in ſta-
gno ignis ardētis/ qō eſt moꝛs. Apo. xxj.
Nota hic. viij. genera pctōꝝ ⁊c̄. Dic vt ha-
bet̄ in ſmone ꝑdicto allegato ſup̄ ꝓxima
ꝑte. iiij. Et nota dū dicit ꝙ eſt moꝛs ſcda.
Diceret aliq̄s: quō dicis ꝙ ſcda moꝛs eſt
q̄rta? Nota ꝙ dixi: q̄ttuoꝛ moꝛtes icurrit
hō ꝓpter pctm̄, quarum due pꝛime ſunt in

hoc mũdo: alie vero due. ſ. tertia ⁊ quarta
ſunt in alio mundo. ſ. mors gehennalis ⁊
mors eternalis: q̄ eſt ſcđa alterius mũdi:
⁊ eſt quarta / cõputando mortes hui⁹ mũ
di ⁊ alterius. vel dic ꝙ eſt ſcđa mors q̄ntũ
ad corp⁹: de hac vita debemus ſemꝑ ora-
re dominũ dicẽtes. Libera me domine de
morte eterna ⁊c̄. Quod nobis concedat
ipſe dominus. Amen.

¶ Quero circa p̄dictam materiã vtrum
mors corꝑalis ſit natural' homini: Et vi-
detur p̄mo ꝙ nõ: q̄ꝛ natura eſt inſtituta a
deo. Jo. j. Oĩa ꝑ ip̄m facta ſunt. ſꝫ mors
nõ eſt a deo. Nã dicit̃ Sap̄. j. De⁹ mortẽ
nõ fecit. iõ ⁊c̄. Preterea illud qđ eſt ſꝫ na-
turã nõ eſt pena hoi: q̄ꝛ naturalia ſunt con
uenĩẽtia hoi / ⁊ cuiuſcũꝗ: ſed poſtea diſcõ-
ueniẽs eſt. ſed mors fuit pena originalis.
Gen̄. j. Quocũꝗ die comederꝫ / morte mo
rieris. Ro. v. Per vnũ hoiem pctm̄ intra-
uit in mđm. ⁊ poſt pctm̄ mors: g̊ ⁊c̄. Sed
ꝯtra: quicq̄d eſt cõpoſitũ ex materia quat
tuor elemẽtoꝝ eſt corruptibile ꝑ naturaꝫ:
ſed hõ eſt hmõi. ergo ⁊c̄. Preterea quicq̄d
ponit̃ in diffinitiõe rei eſt de natura rei: ſꝫ
mortal' ponit̃ in diffinitiõe hois. ergo ⁊c̄.
Preterea ſi mors hois nõ eſſet naturalis:
g̊ naturalit̃ eſſet hõ imortalis. g̊ pctm̄ eẽt
etiã imortalis. Non em̄ fuiſſet ſublata ꝑ
pctm̄ hoi imortalitas / ſic̄ nõ imortalitas
angeli: q̄a angelus nõ ꝑdidit naturalia ꝑ
pctm̄ vt dicit Damaſ. ergo nec hõ. Dicẽ-
dum g̊ ꝙ mors aliquibꝫ reſpectibꝫ ⁊ ratio
nib⁹ eſt homini naturalis: aliquibꝫ ꝓo nõ.
Pro cui⁹ intelligẽtia eſt notandũ ꝙ in ho
mine eſt cõſiderãda quadruplex cauſa.

Prima eſt cauſa p̄ncipalis ⁊ effectiua.
Scđa eſt cauſa formalis ⁊ ꝑfectiua.
Tertia eſt cauſa materialis ſubiectiua
Quarta eſt cauſa finalis cõpletiua.

¶ Quantũ ergo ad primã cauſaꝫ / mors
nõ eſt homini naturalis: ⁊ ſic credo debe-
re intelligi dictũ Aug. xiij. de ciui. dei. ca.
xiij. in fine. vbi ſic dicit. Vñ conſtat inter
chr̄ianos veraciter catholicos tenẽtes fi-
dem: etiã ipſam nobis corꝑis mortẽ nõ le
ge nature / qua nullam mortem homini
deus fecit: ſed merito inflictã eſſe peccati:
qm̄ pctm̄ vindicãs / deus dixit homini: in
quo tũc oẽs eramus. Terra es ⁊ in terraꝫ
ibis. Pro cui⁹ intellectu notandũ ꝙ deus
eſt p̄ncipalis cauſa effectiua hois ſicut et
aliarũ creaturarũ. Sciendũ aũt ꝙ agens
ītendit eligere materiã ꝓportionatã for-
me. Si aũt aliqua materia nõ ꝓportiona
retur hoi: hoc nõ ꝯtingit ex intẽtione agẽ
tis / ſed ex ꝯditiõe materie. Sic̄ faber ad
faciẽdũ cultellũ eligit materiã durã ⁊ du
ctilem q̄ ſubtiliari poſſit vt ſic ſit apta inci
ſioni: ⁊ ſm̄ hãc inciſionẽ materia ferri eſt
ꝓportionata forme cultelli. Sed ꝙ ꝙ ferrũ
ſit fragile ⁊ rubiginẽ ꝯtrahens: conſequit̃
ex naturali cõditiõe ferri: nec hoc eligit ar
tifex in ferro / ſꝫ magꝫ repudiaret ſi poſſꝫ.
Silr̄ natura eligit corpus humanũ vt ſit
materia cõueniẽs forme hũane: q̄ eſt aĩa
q̄ntũ ad hoc ꝙ eſt tẽperate cõplexionis vt
poſſit eſſe cõueniẽs organũ tactus / ⁊ alia
rũ ꝟtutũ ſenſitiuaꝝ ⁊ motiuaꝝ. Sed ꝙ ſit
corruptibile hoc eſt ex cõditione materie
nec eſt electũ a natura quin poti⁹ natura
eligeret materiã incorruptibileꝫ ſi poſſet.
De⁹ ergo cui ſubiacet oĩs natura / in ipſa
ſupꝑletiõe hois ſuppleuit defectũ nature ⁊
dono iuſtitie origĩalis đdit corꝑi incorrup
ptiõeꝫ q̄ndã. Et ſm̄ ꝙ dicit̃ ꝙ de⁹ mortẽ nõ
fecit. Sap̄. j. ⁊ ꝙ mors eſt pena pcti. vt di
citur Ro. v. Et ꝙ vult Tho. j. ij. q. lxxvj.
ar. v. Deus g̊ non fecit mortẽ q̄ntũ ꝑ ſe in
tentã duplici rõne. Prima phica ⁊ natura
li: q̄ꝛ vt dixi / intẽtio agẽtis eſt eligere ma
teriã ꝓportionatã forme. aĩa autẽ hũana
q̄ eſt forma hois eſt incorruptibilis: ſed ꝙ
ſit incorruptibilis / eſt ex cõditiõe materie
vt dixi: ⁊ ſic intelligit̃ illud. Deus mortẽ
nõ fecit. Sap̄. j. ſ. ꝑ ſe intentã: vt exponit
Tho. ꝑ. j. q. xlix. ar. ij. ſcripſi ſupra: licꝫ aũt
potuiſſet deus eligere materiã incorrupti
bilẽ homini: tñ noluit / q̄ꝛ nõ erat cõueniẽ
tior materia ad talẽ formã. Item vt ordo
vniuerſi cõſeruaret̃: q̄ ordo req̄rit ꝙ q̄dam
ſint q̄ poſſint deficere: q̄ꝛ corruptio vnius
eſt generatio alteri⁹. Et ſm̄ ꝙ vt ꝯſeruare
tur bonũ vniuerſi / de⁹ ex cõſequẽti ⁊ q̄ſi ꝑ
accñs cauſat corruptiões reꝝ. iuxta illud
j. Reg. ij. Et dñs mortificat ⁊ viuificat. ⁊
Deu. xxij. Occidã ⁊ ego viuere faciã. Et
ꝙ vult Tho. ꝑ. j. q. xlix. ar. ij. Itẽ eſt tertia
rõ q̄re de⁹ cõpoſuit hoiem ex materia cor-
ruptibili / vt iuſtitia dei ꝯſeruet̃: ꝑ quã hõ
q̄ꝛ peccabilis erat ⁊ peccaturus puniri po
tuiſſet / cui⁹ pcti p̄ſci⁹ erat de⁹. Hoc decla

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ra vt ſcripſi ſup̄ ar.ij.ſmone.iiij.pte.j. Jtē
eſt.iiij.rō vt poſſet hō p̄miari p dei fruiti-
onē/vt habet infra in.iiij.parte. ¶ Scda
ratio ꝙ de⁹ non fecit mortē p ſe intentā eſt
theologicalis:qꝛ deus dedit donū iuſtitie
originalis p qd̄ ꝯſeruari poterat hō a cor-
ruptione. Jdeo Tho.in pte.j q.xcvij.ar.
j.Dicit ꝙ ex pte cauſe efficientꝫ q̄ eſt deus
inſtatu innocētie erat hō incorruptibilis
ꝛ imortalis.ꝛ ſic etiā eſt.iij. ratio qꝛ mors
cū ſit pura p̄uatio eſt nihil.ḡ nō eſt a deo
p̄ncipalit̄ intendente ſed pmiſſiue. Et ſic
habes primū. Jtem ſctūs Tho.in.iiij.cō
tra gen.c.lij. ¶ Quātū aūt ad ſcd̄am cau
ſam formalē/etiā erat hō imortalis.ꝛ hoc
ſiue loq̄mur de forma eſſentiali ſiue acci-
dētali. De forma q̄dē eſſentiali q̄ eſt aia
rōnalis. Patet primo q̄dem:qꝛ aia eſt i-
corruptibilis ſm naturā. Vn̄ ꝛ q̄ntum in
ſe eſt appetit materiā incorruptibilē. Pre
terea ſi forma corpis celeſtis ꝓpter ſuā no
bilitatē ꝛ pfectionē ita ſatiat appetitū ma
terie.vt nō appetat aliā formā ꝓpter quod
dicim⁹ materiā corpalem:celeſtiū eſſe in-
corruptibilē/multo magis aia rōnalis q̄
eſt nobilior forma: q̄ꝫ forma corporū cele-
ſtiū debet h̄ facere. Nō ḡ ex defectu ipſius
aie eſt/ꝙ corpus ſit corruptibile. ſed po-
tius q̄ntū eſt in ipa eēt incorruptibil̄.ꝛ cō
firmat̄ rōne:qꝛ in om̄i re natura pticularꝫ
q̄ habet̄ a forma ei⁹/eſt ꝓpria virt⁹ actiua
ꝛ ꝯſeruatiua ipius.ꝛ ſm h̄ oīs corruptio ꝛ
defectus eſt ꝯtra naturā pticularē cuiuſ-
cūq̄ꝫ rei:vt dicit̄.in.ij.de celo. ꝛ no.Tho.
j.ij.q.lxxxv.ar.vlt. Vn̄ dicit ibi Tho.ꝙ
ex pte ſue forme naturalior eſt homini in-
corruptio:q̄ꝫ alijs rebus incorruptibilib⁹
eo ꝙ nulla forma rei corruptibilis poteſt
aſſequi ppetuitatē ſui p̄ter animā rōnalē:
eo ꝙ ipa nō eſt oino ſubiecta materie cor-
porali:ſicut alie forme:q̄nimo habet ꝓpriā
operationē imaterialē. De forma vero ac-
cidentali loquēdo etiā nō eſt mors homi-
ni naturalis:ꝙ ptꝫ ꝛ inſtatu innocentie ꝛ
in ſtatu glie. Nam inſtatu innocētie eſt i-
mortalitas data hoi ex dono grē iuſtitie
originalis. Jnerat em̄ aie vis quedā ſup
naturalit̄ diuinit⁹ data/p quā poterat cor
pus ab om̄i corruptione ꝯſeruari quā diu
ipa ſubiecta deo manſiſſet:ꝙ rōnabilit̄ fa-
ctum eſt:vt ipa forma accidētalis eſſet cō
formis forme eſſentiali. Quia em̄ anima
rōnalis excedit ꝓportionē corpalis mate-
rie.cōueniens fuit vt in principio ei virt⁹
daret̄ p quam corpus ꝯſeruare poſſet/ſup
naturā materie corpalis. Jſtam aūt vim
pdidit ipe homo p peccatū: ꝛ q̄uis grām
recuperauerit ad remiſſionē culpe ꝛ meri
tum glorie:nō tamen ad amiſſe imortali-
tatꝫ effectū:hec em̄ reſeruabat̄ chr̄o p quā
nature defectus in meli⁹ reparand⁹ erat:
vt dr̄ Tho.pte.j.q.xcvij.ar.j.ad.ij. in ſta-
tu etiā glorie inherebit aie diſpoſitio q̄-
dam p quā formalit̄ a corruptione ꝓhibe-
tur.qꝛ vt dicit Aug.in ep̄la ad Dioſcor.
Tam potenti natura de⁹ fecit aiam vt ei⁹
beatitudine redundet in corpus plenitu-
do ſanitatis.i. virt⁹ incorruptionis et ſm
hoc dicit̄ homo incorruptibilis ex pte cor-
poris. vt no.Tho.pte.j.q.xcvij.ar.vbi.ſ.
Quantū ad tertiū.ſ.cām materialē mors
eſt hoi naturalis triplici rōne. Prima ꝓpt̄
cōpoſitionē materialē. Scd̄a ꝓpter diſtan
tiā localē. Tertia ꝓpter deficientiā virtua
lē. De q̄bus dic vt ſcripſi ſup̄ ar.ij. ſmone
iiij.vbi agit̄ de morte: q̄ eſt pena pcti ori-
ginalis pte.ij.iij.et.iiij. Quantū ad q̄rtaꝫ
cām finalē etiā videt̄ mors eſſe naturalis.
Finis em̄ ꝓpter quē creatus eſt hō vt frua
tur deo:frui aūt deo non pōt hō:niſi poſt
mortē.ergo ꝛc̄. Declara latius hanc rōnē
ſic̄ ſcripſi ſup̄ arti.ij.ſmone.iiij.pte.v.

## ¶ De pctō in ſpiritū ſanctum. Sermo.xij.

Quaſi a facie
colubri.ꝛc̄. Sequit̄ predicare
hoc mane de ſcd̄a ꝯſideratione
pcti mortalis:vbi videbit̄ de pctō in ſpm̄
ſctm̄. Materia eſt vtilis ꝛ deuota. Salu
tetur ꝟgo maria. Pro introductōe ꝛ cōple
mento ſermonis eſt notandū/ꝙ inter cete
ras diuiſiones datas a theologis de pctō
mortali quas longū eſſet enumerare lon-
gius de eis p̄dicare: vna diſtinctio datur
q̄ eſt talis: ꝙ pctm̄ mortale cōmittit̄: aut
ꝯtra deum:aut ꝯtra ſeipſuꝫ:aut ꝯtra pro-
ximū. De hac aūt diſtinctiōe trimēbri re-
linquam duo vltima mēbra:ꝛ p̄dicabo de
primo mēbro:vicꝫ de pctō cōmiſſo in deū
ſub quo cadit pctm̄ in ſpirituꝫ ſanctū:de q̄

hoc mane p̄dicare intendo dn̄o ↄcedente. Pro declaratione ḡ huius materie. Tria puncta ſunt p̄ncipalit̄ videnda.

Primo quidē de ipſius quidditate.
Scd̄o de ſpecieꝝ ei⁹ diuerſitate.
Tertio de ei⁹ irremiſſibilitate.

¶ Quantū ad primū. nota ꝙ pctm̄ in ſpiritumſanctū dicit̄: q꞉ cōmittitur ↄtra ſpiritumſanctū: in ꝑ cōtra. Quia aūt ſpirit⁹ ſctūs vt notat Tho. ꝑ. j. q. xxxvj. art. j. ad primū: dupliciť poteſt accipi: ideo dupliciť poteſt dici peccatū in ſpiritūſanctum.

¶ Uno quidē modo pōt accipi in ꝟtute duaꝝ diuiſionum / ꝛ hoc modo q̄libet pſona trinitatis poteſt dici ſpiritusſanctus. Nam ꝛ pater ſpūs eſt / ꝛ eſt ſctūs. Et fili⁹ ſpūs eſt ꝛ eſt ſanct⁹. Joā. iiij. Deus ſpūs eſt. ergo ꝛc̄. Per hoc em̄ qd̄ dicit̄ ſpiritus īmaterialitas diuine ſubſtantie deſignat̄ Spirit⁹ em̄ incorporeus ꝛ inuiſibilis eſt ꝛ parum habet de materia. Uñ om̄ibus ſubſtātijs īmaterialibꝫ ꝛ inuiſibilibꝫ h̄ nomen attribuim⁹. Per hoc ꝟo ꝙ dicit̄ ſanctus: ſignificat̄ puritas diuine bonitatis.

¶ Alio modo pōt accipi ſpūſſanctus in virtute vni⁹ diuiſiōis: ꝛ hoc mō ex vſu eccleſie hoc nomē ſpūſſanct⁹ eſt accōmodatum ad ſignificandū vnaꝫ trium pſonarū trinitatis / q̄ pcedit ꝑ modū amoris a patre ꝛ filio. Scd̄m hanc ḡ duplicē differentiā / poteſt dupliciť accipi pctm̄ in ſpirituꝫ ſanctū. Nam ſi accipim⁹ p̄mo modo peccatū in ſpūmſctm̄ / dicit̄ quelibet blaſphemia dicta ↄtra diuinitatē patris aut filij aut ſpūſſancti aut cōtra opa eius. Et diſtinguit̄ hoc mō peccatū in ſpiritūſanctū cōtra peccatū ſeu blaſphemiā in filiū hominis de quo ſcribit̄. Matt. xij. Ubi dn̄s dicit. quicūꝗ dixerit verbū ↄtra filiū hominis remittet̄ ei: qui aūt dixerit ↄtra ſpiritūſanctū nō remittet̄ ei / neꝗ in h̄ ſeculo neꝗ in futuro. Peccatū em̄ in filiū hominis / intelligit̄ blaſphemia in chr̄m ſm̄ humanitatē. ꝛ vtroꝗ modo peccabāt iudei in chr̄m / ſicut etiā peccauerūt olim in deſerto: vt habetur infra in. iij. pte ſmonis. Nam vt dicit Tho. ij. ij. q. xiiij. ar. j. Chr̄s opabatur q̄dā humanit⁹ comedendo: bibendo: ꝛ alia hmōi faciendo. ꝛ q̄dam diuinit⁹. ſ. demones eijciendo: mortuos ſuſcitando ꝛc̄. hmōi. q̄ quidē agebat ꝑ virtutē ꝓprie diuinitatis: ꝛ ꝑ opationē ſpūs ſcti q̄ ſm̄ humanitatē erat repler⁹. Judei aūt p̄mo q̄dē dixerūt blaſphemiā ↄtra filiū hominis cū dicebāt eū voracē ꝛ potatorē vini ꝛ publicanoꝝ amatorē. vt habet̄ Mat. xj. Poſt modū aūt blaſphemauerūt in ſpiritūſctm̄ dum opa q̄ ipſe opabatur ꝟtute ꝓprie diuinitatꝭ ꝛ ꝑ opationē ſpūſſcti attribuerūt p̄ncipi demonioꝝ. Dicebāt em̄ Hic nō eijcit demōes niſi in belzebub p̄ncipe demonioꝝ. Mat. xij. Mar. iij. ꝛ Lu. xj. Hodie etiā iudei non ceſſant blaſphemare chr̄m ꝟbo ꝛ ope: ꝛ ſi occulte faciunt nō imputat̄ rectoribꝫ ciuitatū: ſed qñ publice ſecus. Nota hic ↄtra chr̄ianos q̄ ꝑmittunt iudeos emere ſeruos q̄s faciūt circūcidi ꝛ fieri iudeos ꝛ paulatim incipiūt emere teucros: ſub quibꝫ ement ruſos: ꝛ ſic erūt dn̄i chr̄ianoꝝ cū ſint ſerui nr̄i i. c. Et ſi iudeos. ꝺ iudeis. Quinimo ſeru⁹ empt⁹ ab eis ſi vult effici chr̄ian⁹ eripit̄ in libertatē: vt in. c. j. ꝛ vl. de iudeis ꝛc̄. Hic vt expedit ↄtra hūc defectū. Et ſic iudei ꝓpter p̄dicta dicunt̄ in ſpūmſctm̄ blaſphemare. Et ſic pꝫ quō intelligat̄ hoc mō pctm̄ in ſpūmſctm̄. Et hoc mō intellexerūt antiq doc. ſ. Athanaſi⁹. Hilari⁹. Ambro. Hieronȳ. ꝛ Chryſo. vt refert Tho. ij. ij. q. vbi ſup̄. Scd̄o autē mō pōt accipi ſpūſſctūs: vt dixi ſupra in ꝟtute vnius dictionis: ita vt ſignificet vnā pſonā trinitatꝭ pcedentē a patre ꝛ filio. Et ſm̄ h̄ dicit̄ pctm̄ in ſpm̄ ſctm̄ put differt a pctō cōmiſſo cōtra pſonā p̄ris vl̄ filij. Dicit̄ aūt peccare in patrē vel filium: vel ſpiritūſctm̄: qñ peccat̄ ↄtra aliq̄d appropriatū patri vl̄ filio vl̄ ſpiritui ſctō. Eſt autē notandū: ꝙ patri attribuit̄ potētia: filio ſapiētia: ſpūiſancto bonitas. Jdeo pctm̄ ꝙ cōmittit̄ ex infirmitate idē ex impulſu paſſiōis dicit̄ ↄtra patrē. Peccatū vero ꝙ fit ex ignorantia eſt ↄtra filiū Peccatū aūt ex certa malitia q̄ opponitur bonitati eſt pctm̄ in ſpiritūſanctū. qd̄ non intelligit̄ quādo ex habitu vitij acquiſito peccat̄: ſed quādo volūtas tendit in aliqd̄ malū ꝑ remotionē vel ↄtemptū alicui⁹ pꝛohibentꝭ pctm̄. vt declarat Tho. ij. ij. q. xiiij. ar. vbi. ſ̄. ij. ij. q. lxxviij. art. iij. ꝛ ſcripſi ſup ar. j. ſmone. v. ꝑ. v. Pono exemplū in Petro: Paulo ꝛ iuda. Petr⁹ negauit ter chr̄m in nocte paſſiōis. ꝓpter infirmitatē

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

id eſt ꝓpter impulſuꝫ paſſionis timoꝛꝫ: q̄a
timens moꝛtē negauit eū magis diligens
coꝛpus ſuū q̄ꝫ chꝛm. Non em̄ peccabat ex
ignoꝛātia quā ꝯfeſſus fuerat coꝛde ꝛ ope
di. Tu es chꝛs filiꝰ dei viui. Mat.vj. Et
ſic ex fragilitate peccauit ꝛ ſic dicitˀ peccaſ
ſe ꝯtra patrē: cui appꝛopꝛiatˀ potētia. Sic
etiā dauid peccauit ex fragilitate cū Ber
ſabee.ij.Reg.xj. Et ideo chꝛs miſertꝰ eſt
ſibi. Nā ſicut dicitˀ. Luc.xxij. Conuerſus
dn̄s reſpexit Petrū ꝛ recoꝛdatꝰ eſt Petrꝰ
ꝟbis dn̄i: ſicut dixerat: ꝙ priꝰ anteq̄ꝫ gal//
lus cantet ter me negabis: et egreſſus fo//
ras fleuit amare. Paulus aūt peccauit ex
ignoꝛātia: q2 credebat bn̄ facere ꝑſequen
do eccliam dei: ꝛ ſic dicebatˀ peccare cōtra
filiū: cui appꝛopꝛiatˀ ſapientia. Et iō neceſ
ſaria fuit ſibi medela ſcientie quā ꝯtulit ſi
bi chꝛs cū iret damaſcū ꝛ cete. Sicut legi
tur. Actꝫ.ix. vbi dicitˀ ꝙ circūfulſit illū lux
de celo qd̄ nō ſolum fuit verū de luce viſi
bili: ſed etiā de luce ſapientie inuiſibili: q̄
illuminauit intellectū eiꝰ de ſapiētia ꝛ fi//
de vera. Jō dicit ipe de ſe. Pꝛimꝰ fui blaſ//
phemꝰ ꝛ ꝑſecutoꝛ ꝛ ꝯtumelioſus: ſed mi//
ſericoꝛdiā ꝯſecutꝰ ſum: q2 ignoꝛans feci in
incredulitate.j.Tim.j. Sic etiā Traianꝰ
imperatoꝛ ex ignoꝛātia peccauit ꝑſequēs
chꝛianos: ꝛ ideo miſcdiam ꝯſequutus eſt
oꝛante ꝓ eo Greg. Quamuis illud fuerit
ſpecialiſſimū ꝯſequi veniā. Sic etiā pec//
cauit Adam in filiū. Quāuis em̄ Adam
nō fuerit ſeductus in h̄ in quo mlier ſicut
dicit Aplus.j.Tim.ij. Tamen in hoc ſe//
ductꝰ eſt. qd̄ credidit veniale qd̄ moꝛtale
erat, vt dt Aug. ꝛ poſt Tho.ij.ſen.di.xliij
ar.vj. Argumēto. Judas aūt peccauit ex
malitia: nō em̄ ex infirmitate/nec ex igno
rantia. q2 iam nouerat ꝙ ad inuocationeꝫ
nois Jeſu chꝛi: ipſe faciebat miracla ſicut
ceteri apli ſicut legitˀ Mat.x. Jdeo pecca
uit i ſpūmſanctū: cui appꝛopꝛiatˀ bonitas.
Et q2 hoc peccatū eſt grauiſſimū: iō nūq̄ꝫ
meruit remiſſionem q̄uis multꝫ medijs:
chꝛs voluerit ipm cōuertere: ſcꝫ amoꝛe: qn̄
lauit ſibi pedeſ: timoꝛe: qn̄ dixit: ve homi
ni illi ꝛc̄. Bonū erat ei ſi natus nō fuiſſet
hō ille. Mat.xxvj. Doloꝛe: cū p̄dixit tradi
tionē di. Unus veſtrū me traditurꝰ eſt ex
ꝯtriſtati val.ce.di. Nūquid ego ſum rabi
ꝛc̄. Pudoꝛe: cū dixit Jude: Tu dixiſti ꝛc̄.

Sed nō fuit poſſibile: q2 pctm̄ ꝙ ex ma//
litia ꝯceperat erat adeo grauiſſimū ꝙ coꝛ
ſuū fecerat lapideū: ꝛ ſic etiā pctm̄ diabo
li nō ex ignoꝛātia: nec ex infirmitate ꝓceſ//
ſit. Et iō q2 nullo impellente peccauit: ve
niā non meruit nec merebitˀ in eternū. Ex
his ꝙ ptꝫ: q̄d eſt pctm̄ in ſpiritūſctm̄: illud
ſcꝫ qd̄ ex certa malitia cōmittitˀ q̄ oppönitˀ
bonitati q̄ appꝛopꝛiatˀ ſpūiſctō. ꝛ h̄ vult ma
giſter ſenten.in.ij.diſ.xliij. Tertio ꝟo mō
accipit Aug. pctm̄ in ſpūmſanctū: qd̄ dic
eſſe finalē impniam. De quo dicitˀ infra.
iij. ꝑte ſmonis.iij.puncto. Et ſic ptꝫ p̄ma
pars: vicꝫ quid eſt peccatū in ſpiritūſctm̄
Quantū ad ſecundū: ſcꝫ de ſpecieꝝ ſuarū
diuerſitate: eſt notandū ꝓut ponit Tho.
ij.ij.q.xxiiij.arti.ij. quod accipiendo pctm̄
in ſpiritumſanctū. Scdo mō ſupꝛa vicꝫ ꝓ
pctō/ꝙ ex malitia cōmittitur. diuiditˀ hic
pctm̄ in ſex ſpecies: q̄ ſunt iſte vicꝫ.

Pꝛima eſt deſperatio.
Scda eſt p̄ſumptio.
Tertia eſt finalis impenitētia
Quarta eſt obſtinatio.
Quinta eſt īpugnatio ꝟitatis agnite.
Sexta inuidētia fraterne gratie.

¶ Et ꝓ ſufficientia iſtaꝝ ſpecierū eſt no//
tandū: ꝙ ſicut ſup̄dictū eſt pctm̄ in ſpūm
ſanctū: dicitˀ qn̄ voluntas hois ex malitia
ꝯtēnit illa remedia a bonitate ſpūſſancti
inſtituta: ꝑ q̄ hō retrahitˀ a pctō vel ad pe//
nitentiā ꝓuocatˀ. hec aūt remedia ſunt ſex
quoꝝ duo ꝑtinent ad ipm dn̄m remitten//
tē in q̊ ſunt duo ꝑ que hō retrahitˀ a pctō:
et ad pniam ꝓuocatˀ. Pꝛimū eſt miſcdia:
de qua datur homini ſpes ꝙ remittantˀ ſi
bi peccata. ꝛ ꝙ p̄mientˀ bona. ꝛ ꝯtra hanc
peccatˀ ꝑ deſperationē. ꝛ ideo deſperatio ē
peccatū in ſpiritūſanctū. Exemplū habe//
tur de Cain ꝛc̄. Dic hiſtoꝛiā: quando oc//
cidit Abel fratrē ſuum videns em̄ ſe dep̄//
henſum a deo ꝛc̄. Dixit maioꝛ eſt iniqui//
tas mea quā vt veniam merear. Gen.iiij.
Grauius peccauit deſperando q̄ꝫ fratrem
occidendo/ſic ꝛ iudas deſperans laqueo
ſe ſuſpendit. ſic ꝛ multi interficiūt ſe ex de
ſperatione. ſed foꝛte talium deſperatio po
tiꝰ eſt circūſtantia peccati q̄ꝫ pctm̄ ſpecia
le in ſpm̄. quia voluntas eoꝛum non dire//
cte fertur cōtra ſpem diuine venie ꝑ con//
temptum eius. Secundū ꝙ eſt in deo re//

trahens a pctō hominē ꝛ ꝓuocans ad pe-
nitentiā. eſt iuſtitia. de q̄ inſurgit homini
timoꝛ de punitione pcti: q̄ quanto magis
differt tanto magis infert. iuxta illud. pſ̄
vij. Deus iudex iuſ. foꝛ. ꝛ patiens nunqd̄
ira. per. ſin. di. niſi cōuer. fue. gla. ſuū. vi.
ar. ſu. te. ꝛ pa. illum ꝛc̄. Et Ualerius. j. ca.
ꝺ neglecta religione. Lento eīm gradu ad
vindictā ſui diuina ꝓcedit ira tarditatē q̄
ſupplicij grauitate cōpenſat. Et ꝯtra hoc
peccat homo ꝑ p̄ſumptionē dū aliquis ſe
p̄ſumit gl̄iam adipiſci ſine meritis: vl̄ ve-
niā ſine penitētia/ qꝺ q̄dē eſt magna blaſ-
phemia ꝯtra deū: qꝛ facit deū iniuſtū. ꝛ h̄
pctm̄ p̄ſumptionis videt̄ incidiſſe Origi-
nes: q̄ dixit oīes etiā damnatos ſaluan-
dos eſſe. Et ideo poſt moꝛtē anatematiza
tus eſt. di. xiiij. q. ij. c. fi. Si quis aūt pec-
cat cū ſpe venie mediante pnia quā putat
vel intendit agere: nō peccat in ſpm̄ ſctm̄.
Alia vero duo remedia ꝑtinent ad pniā
ꝑ quā mittunt̄ pctā: in qua req̄rūtur duo.
Pꝛimū eſt doloꝛ de pctō. Scd̄m eſt ꝓpoſi-
tum abſtinendi de futuro. Sic eīm diffini
tur pnia ab Ambꝛo. Penitentia eſt pctā
mala plangere ꝛ plangēda iterū nō cōmit
tere. Contra pꝛimū ergo. i. ꝯtra doloꝛē ꝺ
pctō cōmiſſo peccat̄ ꝑ finalē impenitentiā
que accipit̄ nō eo mō quo dicit ꝑmanētiā
in pctō vſq̄ ad moꝛtē: ſic eīm nō eſſet ſpēa-
le peccatū: ſed quedā peccati circūſtantia
ꝛ videt̄ idem pctm̄ eſſe cum obſtinatōne:
vt dicit Tho. in. ij. ſen. diſ. xliij. ſup litterā
in fi. Et ſic accipit̄ pnia ab Aug. Sed hic
accipitur impenitētia ſꝫ q̄ impoꝛtat ꝓpo
ſitum nō penitendi ſm̄ Tho. Talis ergo
impnia dicit̄ ſpēale pctm̄ in ſpiritūſanctū
q̄ nunq̄ remittit̄ neq̄ in hoc ſeculo: neq̄
in futuro. Unde Hierony. ſup Amos. ij.
ꝛ habet̄ in decretis. de pe. diſt. j. Sup tri-
bus ſceleribꝰ damaſci et ſup quattuoꝛ nō
cōuertam eum: iuxta tropologiā hoc poſ-
ſumus dicere. Pꝛimū peccatū eſt cogitaſ-
ſe q̄ mala ſunt. Scd̄m cogitationibꝰ acq̄e
uiſſe ꝑuerſis. Tertiū q̄ mente decreueris
ope complere. Quartū poſt pctm̄ nō age
re pniam. ꝛ ſuo ſibi cōplacere delicto: hec
ille. Uñ ꝓuerbiū eſt. Humanū eſt pecca-
re diabolicū ꝑſeuerare: ſed angelicū emen
dare. Contra ſcd̄m. i. ꝯtra ꝓpoſitum abſti-
nendi a pctis futuris peccat ꝑ obſtinatio

nem qñ. ſ. homo firmat ſuū ꝓpoſitū in hoc
q̄ pctō inhereat q̄nimo ſtudet inuenire di
uerſos modos patrandi pctā: exultat cū
inuenerit: ꝯtra quos dicit̄. letant̄ cū male
fecerint/ et exultant in rebꝰ peſſimis. Pꝛo
uerb. xxvj. Et alibi. non eīm doꝛmiunt niſi
malefecerint/ nec capit̄ ſomnus ab eis ni
ſi ſupplātauerint: comedūt panē impieta
tis: et vinū iniq̄tatis bibunt. Pꝛouerb. iiij.
De his etiā duobꝰ modis peccandi dicit̄.
Hiere. viij. Nullus eſt q̄ agat pniam de
pctō ſuo di. quid feci. ecce p̄mum. Oēs
cōuerſi ſunt ad curſum ſuū quaſi equꝰ im
petu vadens ad p̄lium: ecce ſecundū. Dic
pꝛactice ſicut expedit. Nota hic exemplū
ꝺ illo armigero q̄ dixit Abbati ſancte Ju
ſtine. Quid feci: ego nunq̄ feci paſſus ad
derobandū hoīes: nunq̄ hoīez occidi ꝛc̄.
Cui reſpondit abbas. Credat̄ frater mi
qꝺ vnū peccatū moꝛtale damnat aīā:
ſicut ꝑ vnū paruum foꝛamē ꝑditur nauis
licꝫ ſit alias noua ꝛ foꝛtis. Alia vero duo
remedia quibus volūtas hoīs retrahit̄ a
peccato ꝛ ad pniam ꝓuocatur ſūmunt̄ ex
parte donoꝝ ipſius dei. quoꝝ vnū eſt cog-
nitio veritatis fidei: per quā illuminat̄ ad
cognoſcendū ſpiritualia. et ꝯtra hoc oppo-
nitur impugnatio veritatis agnite: dum
ſcꝫ aliquis veritatem fidei agnite impu-
gnat vt liberius peccet. Sed nota q̄ veri-
tas ꝛ ſapientia et hmōi poſſunt dupliciꝭ
cōſiderari. vel ſm̄ ꝓpꝛiam rationem: et ſic
appꝛopꝛiant̄ filio: ꝛ ſic impugnans verita
tem peccat in filium. vel ſm̄ quod habent
rationem boni. ꝛ ſic appꝛopꝛiātur ſpiritui
ſancto: q̄ eſt pꝛimū donū in quo oīa do-
na donant̄: ꝛ ſic aliquis impugnans veri
tatem agnitā ex certa malitia in ſpiritum
ſanctū peccat ſm̄ Tho. in. iij. ſen. diſ. xliij.
Et nota. hic ꝯtra doc. legiſtas q̄ ſcient̄ di-
cunt ꝯtra ius. Aliud eſt auxiliū interioꝛ
gr̄e ꝯtra qꝺ ponit̄ inuidētia fraterne gr̄e:
dum ſcꝫ nō ſolū inuidet ꝑſone fratris/ ſed
etiā inuidet gratie dei creſcenti in mūdo:
ita qꝺ vellet/ q̄ nullus haberet gratiā dei
vt totus mūdus eſſet ſocius culpe ſue. O
voluntas diabolica: nō ergo inuidia fra-
tris eſt pctm̄ in ſpiritū ſanctū. Puta quan
do q̄s inuidet de ꝓſperitate vl̄ exaltatiōe
hoīs: ſed inuidia fraterne gratie eſt pecca-
tum in ſpūm ſanctū: ſcꝫ qñ quis inuidet

de exaltatione grẽ: ſicut ꝙ multi ↄuertantur vel aliq̄d hmōi. ſm Tho. in. ij. ſen. di. xliij. Nota hic practice ↄtra aliquos p̄dicatores q̄ emulant̃ alijs p̄dicatoribꝫ facientibꝫ fructū ꝛc̃. Cum tamē debēt gaudere ſi verā charitatē haberēt. ſicut letat̃ hō q̄n habet aliq̄s coadiutores exercitio ſeu labori ſuo. Sed iam implet̃ verbuꝫ apl̄i. Phil̄. j. Quidā quidē ꝓpter inuidiā ꝛ cōtentionē, quidā aūt ꝓpter bonā voluntatē x̄pm p̄dicabāt q̄dā ex charitate ꝛc̃. Cōtra hanc aūt inuidentiā fraterne grẽ ſiue charitatis. Nota exemplū qđ legit̃ de quodā eremita: legit̃ nāqꝫ de eo ꝙ ipe aſperrimā vitā diu fecerat ad quē cū quidā latro veniſſet q̄ multos ſpoliauerat: facta ↄfeſſione cū nullā pniam ab eo vellet recipe: nec ieiuniū: nec oratōeꝫ: nec elemoſynā ꝛc̃. Tādeꝫ eremita ab illo qđ potuit accepit. Et iniunxit ei ꝙq̄tiēs: iuxta viā crucē aliquā videret flexo genu orationē diceꝛꝫ aliquā. Cūqꝫ latro hanc ſolā penitētiā acceptaſſet remotꝰ paululū a cella eremite videns hoſtes ſuos quoꝝ cōſanguineos occiderat: fugere cepit: q̄ fugiente crux ſupra viā erecta illuc occurrit: et ſtatim flexo genu cepit orationē dn̄icam dicere ꝛ crucē adorare. ꝛ cuꝫ euadere potuiſſet ſi ↄtinue cucurriſſet maluit mori quā penitentiā ſibi iniunctā p̄terire. Cuꝫ ḡ ab hoſtibꝫ fuiſſet occiſus vidit dictꝰ eremita angelos cū gaudio portātes aiam latronis vl̄ potiꝰ martyris: quo viſo cepit diabolica inſtigatiōe valde dolere ꝛ indignari ꝙ ꝑ multos ānos duriſſimā pniam feciſſet: ꝛ tamē latro ille q̄ nunq̄ꝫ pniam fecerat eū in gloriā p̄ceſſiſſet ꝛ ſic relicto eremo ad ſcl̄m redijt. Diabolus aūt accepta iuſte a dn̄o poteſtate timens ne aliq̄n ad pniaꝫ rediret: poſito in via obſtaculo in qđ corruit ꝛ collo cōfracto mortuus eſt: in iferno aiam eiꝰ ſepeliuit. Vn̄ dicit̃. Finis nō pugna coronat. ꝛ ſic ptꝫ ſufficientia iſtaꝝ ſpecieꝝ pctī in ſpiritum ſctm̄. ¶ Quantū ad tertiū. ſ. de remiſſibilitate ipius pctī in ſpiritū ſctm̄: eſt notandū ꝙ tripliciť pōt accipi pctm̄ in ſpiritū ſanctū. Vno modo ſm Aug. ꝑ finali impenitētia. ſm ꝙ eſt circūſtantia quedaꝫ peccati. Et ſic dicit̃ ꝓprie irremiſſibile: q̄a nl̄lo modo remittit̃ pctm̄ mortale in quo homo ꝑſeuerat vſqꝫ ad mortem: qꝛ in hac vita nō remittit̃ ꝑ penitentiā nec etiam in futuro dimittet̃. Vn̄ dicit̃ Eccl̄s. xj. Si ceciderit lignū ad auſtrū aut ad aquilonē in q̄cūqꝫ loco ceciderit ibi erit. Itē Greg. ꝛ habet̃ in decretis. xxv. di. Qualis hinc quiſqꝫ egredit̃: talis in iudicio p̄ſentatur.

¶ Scd̄o modo pōt accipi pctm̄ in ſpiritū ſctm̄ ꝓ qualibet blaſphemia dicta contra diuinitatē patris vel filij vel ſpūs ſancti. vel ↄtra opera eius: ꝛ hoc dicit̃ eo modo irremiſſibile q̄ peccatū ſequens. Vel dic melꝰ qđ tunc dicit̃ irremiſſibile: qꝛ de difficili remittit̃: nō tn̄ eſt difficile ſic̃ ſequēs

¶ Tertio modo pōt accipi ꝓ pctō ex malitia cōmiſſo: put dictū eſt ſup̄ qđ ꝛ diuiditur in ſex ſpecies ſup̄ poſitas. Et ſm h̄ dicit̃ irremiſſibile: nō qꝛ nullo mō remittat̃: ſed qꝛ quantū eſt de ſe habet meritum vt nō remittat̃. Et hoc dupliciť/ vno quidē modo: quantū ad culpā. ſicut em̄ aliq̄s dicit̃ morbꝫ incurabilis ſm naturā morbi ꝑ quā tollit̃ illud ꝑ qđ morbus pōt curari puta cū morbus tollit virtutē nature: vel inducit faſtidiū cibi ꝛ medicine: licet etiā talē morbū deus poſſet curare. Ita etiam pctm̄ in ſpiritū ſanctū dicit̃ irremiſſibile: ſm naturā ſuā inquantū excludit ea ꝑ que fit remiſſio pctōꝝ. Per hoc tn̄ nō precluditur via remittendi ꝛ ſanandi oipotentie ꝛ miſcdie dei: ꝑ q̄ꝫ aliq̄n tales quaſi miraculoſe ſpiritualiť ſanātur ſm Tho. ij. ij. q. xxiiij. ar. iij. Et ſic itelligit̃ qđ đt dn̄s Mat. xij. ꝛ. Mar. iij. ꝙ hoc pcm̄ nō dimittit̃/ nec in hoc ſeculo/ neqꝫ in futuro. Cum ḡ dicit̃ pctm̄ in ſpūm ſctm̄ eſſe irremiſſibile. nō intelligit̃ ꝑ hoc qđ priuet̃ potentia abſolute ad remiſſionē: nec ex ꝑte dei remittētis: qꝛ potentia ipius infinita ꝛc̃. Nec ex ꝑte eiꝰ, cui fit remiſſio: cui ineſt natura liberūarbitrium in ſtatu vie exiſtēs: qđ etiā poſt peccatū in ſpūm ſanctū manet. Priuat̃ ḡ per hoc potius aptitudo vel facilitas quedaꝫ ad remiſſionē. ſm Tho. in. ij. ſen. diſt. xliij. ar. iiij. in vl. ar. Et h̄ ptꝫ in exemplo Petri: Pauli: ꝛ Jude. de quibꝫ dictū eſt ſup̄ ꝑte. j. ſermonis. Quantū verò ad penam dicit̃ irremiſſibile. i. habere meritū vt non remittat̃: qꝛ qui peccat ex ignorantia vel infirmitate minorem penam meretur: qui autē ex certa malitia peccat nō habet aliquā excuſationē: vnde eius pena minuat̃.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Similiť etiā qui blaſphemat in filiū hominis: ei⁹ diuinitate nondū reuelata poterat habere aliquā excuſationē pꝑť infirmitatē carnis quā in eo aſpiciebat: ⁊ ſic minorē penā merebať. Sed qui ipām diuinitatē blaſphemabat opera ſpūs ſcti diabolo attribuens nullā excuſationē habebat vñ eius pena diminuereť. Et iō diciť ſm expoſitionē Chryſoſtomi hoc pcm̄ nō remitti: nec in h ſeculo/ nec in futuro. qa p eo paſſi ſunt penā iudei. ⁊ in pſenti vita p romanos/ ⁊ in futura vita penā inferni. Sic etiā Athanaſi⁹ inducit exemplū de eoꝝ parentibꝫ qui pmo qdem ↄtra Moyſen ↄtenderūt ꝓpter defectū aque ⁊ panis ⁊ hoc dñs ſuſtinuit patienť. Habebāt em̄ excuſationē ex infirmitate carnis: ſꝫ poſtmodū graui⁹ peccauerūt quādo blaſphemantes in ſpiritnꝫ ſanctū: beneficia dei q eos de egypto eduxerat idolo attribuētes cū dixerunt: hi ſunt dij tui iſrael: q te eduxerunt de terra egypti: et ideo dñs etiam tpaliť fecit eos puniri: qꝛ ceciderūt in die illo: quaſi. xxiij. milia hoim. Exo. xxxij. Et in futurū eis penā cōminatur dicēs. Ego aūt in die vltionis viſitabo hoc pctm̄ eoꝝ ſm Tho. vbi ſup̄. Et ſic ptꝫ tertia pars.

## De quattuoꝛ cauſis quibus poteſt homo cadere in peccatū. Sermo. xiij.

Quaſi a facie colubri. ⁊c̄. Proſeq̄ndo adhuc tertiū arti, Sequiť pdicare de cauſis pcti moꝛtal' ⁊ licet ſufficienť dictū ſit de hac materia. s. arti. j. ſermone. v. vbi dictū eſt de cauſalitate pcti. tamen ad hoc moraliť loquēdo. Nota q̄ttuoꝛ cauſas quibus pōt homo cadere in peccatū ⁊ ſpecialiter ptinet hoc ad hoiem deuotū: ⁊ ꝓpterea monet nos apl's dicens. Qui ſe exiſtimat ſtare videat ne cadat. j. Coꝛ. x. Nota Stare. Diciť homo ſtare q eſt in gr̄a: per quā hō habet rectū vultuꝫ: ſeu faciē anie ad deū: q facies anie eſt ratio naturalis: ſꝫ cadit p pctm̄ moꝛtale p qð adheret terre: ⁊ oſculať ⁊ diligit bona terre: et qꝛ gratia nō habet cogere liberūarbitriuꝫ. Jdeo nō facit hoiem adeo ſtabilē quin poſſit a gratia cadere: ſic ⁊ econtra. Peccatoꝛ poteſt apꝓ ſe reſurgere ad ſtatū gratie ꝓpter libertatē arbitrij. que adhuc durat in eo. Jdō dicit apl's vbi ſupra. Qui ſe exiſtimat ſtare ⁊c̄. Cauſe ergo ſunt iſte.

Prima eſt diabolica tentatio.
Scōa eſt familiaris affectio.
Tertia eſt delitioſa cōuerſatio.
Quarta eſt negligens operatio.

Prima ḡ cauſa ⁊c̄. Licet em̄ diabolus nō poſſit cogere liberūarbitriū: tn̄ tētatio ſua eſt tante impetuoſitatꝫ. q niſi hō ſit diligens ⁊c̄. Exemplum habeť in Dauid. ij. Reg. xj. Quādo vidit Berſabee ⁊c̄. O q̄lis turris erat: qꝛ iam puer cuſtodiēs gregem patris ſui interficere potuit leonē ⁊c̄. Jdeo dixit ipſe. Jmpulſus ſum: vt caderē ⁊ dñs ſuſcepit me. Poſt modū dat remediū q hō de cetero nō cadat di. Foꝛtitudo mea ⁊ laus mea dñs/ et fact⁹ eſt mihi in ſalutē. pſ. cxij. Sicut em̄ ille q tenet ſe foꝛtiter cū amabus manibꝫ ad columnā non cadit: ſic q tenet ſe cū deo cum duabꝫ manibus. i. cū vigilia ⁊ oꝛatione ⁊c̄. Jdeo dr Prouerb. xviij. Turris foꝛtitudinis nomen dñi. Ad ipm ↄfugiet iuſtus ⁊ ſaluabiť. Hoc ↄſilium dedit dñs in nocte paſſionis apl's di. Vigilate ⁊ oꝛate: ne intretꝫ in tentationē. Mat. xxvj. Sed qꝛ apli nō tenuerūt eius ↄſilium: iō ceciderūt. Quādo ḡ religioſus: vel monialis vel ſecl'aris videt q vires ſue nō ſufficiūt ad acquirendas vel manutenēdas ꝟtutes remedium eſt/ vt recurrat ad oꝛationē in q petat auxiliū a deo. pſ. xlix. Jmola dō ſacrificiū laudis ⁊ red. al. vo. t. ⁊ inuo. me. in die tribu. eruam te ⁊c̄. Jtē pſ. xc. Clamauit ad me ⁊ ego exa. eū. ⁊c̄. Scōa cauſa eſt familiaris affectio mlieris ad virum ⁊ ecōtra: qꝛ ſicut palea ad ignē ↄiuncta quā cito incendiť: ſic ⁊c̄. Jdeo caueat vnuſq̄ſq̄ a familiaritate hmōi quātūcūq̄ illa pſona ſit neceſſaria vel bona ⁊ honeſta: qꝛ terra eſt bona: ⁊ aqua eſt bona: ⁊ tamen ſiť iuncte faciunt lutum. Mat. xviij. Si oculus tu. ſcan. te. er. eum. et pro. abſte bonuꝫ eſt tibi cū vno ocl'o ad vi. intra. quā. d. ocu. ha. mi. in gehen. ignis. Unde ait poeta. Que nocitura tenes q̄uis ſint cara relinque. Propterea eſt maximū piculum monialibꝫ cō

uerſari cū viris ⁊ religioſis vel clericis:et
quāto ſunt ſctiores, tanto grauiꝰ corruūt
Da ſilitudinē de his q̄ currunt:q̄ facilius
⁊ grauiꝰ cadūt q̄ȝ qui ambulant affatim:
ſic ⁊ viri ſancti et mlieres qui currunt ad
vitam eternā. ꝑ viam mādatoꝝ dei ⁊ con
ſilioꝝ: grauiꝰ ⁊ faciliꝰ cadunt/ ⁊ grauiter
in talibꝫ. Unde Hiere. dicit. Fortis impe
git in fortē ⁊ ambo parit corruerūt Hie⸗
re.xlvj. Uñ tot monaſteria viroꝝ et con⸗
uentuū:niſi ꝓpter nimiā familiaritatē cuȝ
ſecularibꝫ: diſſipata ſunt.pſ̄.cv. Et com⸗
mixti ſunt inter gentes ⁊ didicerūt opera
coꝝ ⁊ factū eſt illis in ſcandalū. Nota con
tra mlieres q̄ vadunt ad viſitandū moni
ales ornate ⁊ parate pſ̄.xvij. Cum ſancto
ſctūs eris. Nota etiā exemplū in vitis pa⸗
trum de btō Arſenio q̄ fugiebat oēs pre
ſertim mlieres. ſemel autē cū quedā hone
ſta mulier ab vrbe roma veniſſet ad eū vi
ſitandū, nō tamen preciū viſitatiōis et ro
gaſſet eū vel haberet memoriā eiꝰ in ora⸗
tionibꝫ ſuis. Reſpondit. Rogo deū vt me
moria tua penitꝰ tollat de corde meo ⁊c̄.
Dic hiſtoriā. Ideo Hiero. Hoſpitiolum
tuū aut raro aut nunq̄ȝ mulierū pedes te⸗
rant:quia non poteſt toto corde habitare
cū deo qui feminarū acceſſibꝫ copulatur.
Feminā quā bñ videris cōuerſantē men⸗
te dilige nō corporali frequētia. Hoc ha⸗
bet in decretꝫ.xxxij.diſtin. Hoſpitiolum
¶ Tertia cauſa eſt delitioſa ꝯuerſatio:qꝛ
quādo homo delitioſe viuit/licet ſit bonꝰ
tamen cito cadet imerſus luto delitiaruȝ:
puta bene comedēdo: bene bibendo:dor⸗
miendo ⁊c̄.d̄t em̄. Hoc nō eſt pctm̄ mor⸗
tale ſicut faciunt religioſi:q̄ nō curant ſer⸗
uare cerimonias religionis:inportādo li⸗
num in carne:in tenēdo ſilentiū in ieiunā
do:in comeſtione carniū ⁊ ceteris cerimo
nialibꝫ. Tales nō poſſunt ſtare diu in gr̄a
dei. Oportet em̄ ꝙ cadant:qꝛ late et am⸗
ple volunt viuere ⁊ incipiūt tepeſcere a de
uotione.pſ̄.cj. Aruit cor meū:qꝛ oblitus
ſum comedere panē meū.ſ.pnie.pſ̄.lxxix.
Cibabis nos pane lachrymaꝝ :poſtea ꝙ
incraſſatus cōſcientia/incipit relinquere
dñm fac.ſuuȝ ⁊ receſſit a deo ſalutari ſuo.
tandē cadit in mlta pctā mortalia:qꝛ ſicut
vinea nō poteſt diu durare ſine maceria.
alioqn intrant ⁊ diripiunt eam oēs tranſ
euntes viam: ⁊ etiā beſtie agri. Sic ⁊ reli
gioſi nō poſſunt diu durare:etiā in ſubſtā
tialibꝫ ſine maceria cerimonialiū. Iō dici
tur Treñ.iiij. Lubricauerūt veſtigia nr̄a
in itinere plateaꝝ nr̄aꝝ ⁊ appropinquit fi
nis noſter. Nota plateaꝝ. Eſt differentia
inter plateas ⁊ vicos:platee ſunt volūta⸗
tes carnis ⁊ mūdi ꝑ quas late ptꝫ oibus
via:qꝛ lata eſt via:q̄ ducit ad ꝑditionem.
Mat.vij. Uici q̄ ſunt ſtricti ſignificāt a⸗
ſperitatem ⁊ artitudinē penitētie: ꝑ quaȝ
pauci vadūt:qꝛ arta eſt via q̄ ducit ad vi⸗
tā ⁊ pauci intrāt ꝑ eā. vbi ſup̄.dicit g̃. Lu
brica ve.no.in iti.pla.i. delitiaꝝ noſtrarū
⁊c̄. Et appropinquit finis noſter.i.deſtru⸗
ctio nr̄a. Sicut em̄ q̄ vadit ꝑ viā lutoſam
ſepiꝰ cadit in lutū:ſecus ſi ꝑ viā ſiccā. Sic
q̄ gradit in luto voluptatꝫ cadit.ſecus de
illo q̄ vadit ꝑ viam ſiccā abſtinētie ⁊ peni
tentie.iō remediū eſt qd̄ dat aplꝰs dicēs.
Carnis curā ne feceritꝫ in deſiderijs. Ro.
xiij. Nota in deſiderijs: qꝛ in neceſſarijs
hō debet habere curā carnis. Puta quan⸗
do infirmat pſona deuota: q̄ alias nō con
ſueuit comedere carnes nec dormire in lo
co ⁊c̄. In infirmitate nō debet iſta ſerua⸗
re:qꝛ ſicut aſinꝰ oneratꝰ cadens in terram
nō pōt cōmode eleuari niſi onus deponat
q̄ eleuato iterū onus imponit ſibi, ita in ꝓ
poſito nō poteſt hō infirmus cōmode cu⸗
rari niſi deponat parum onus penitentie:
ſatis bona penitētia eſt habere patientiaȝ
in infirmitate:qua remota onus peniten⸗
tie reſumat. Ideo dicit apl̄s. Nemo vnq̄ȝ
carneȝ ſuā odio habuit: ſed nutrit ⁊ fouet
eā.ſ.in neceſſarijs. Ephe.v. Quarta occa
ſio eſt negligentialis operatio. Sicut em̄
videmus in rebus temporalibus ꝙ muri
ciuitatis faciunt fortem ciuitatem: ita ꝙ
non poteſt capi ab inimicis. Ita opera pe
nitentialia puta orationes: vigilie:et alie
virtutes ſunt muri ciuitatis anime. De q̄
bus muris dicit Dauid. Benigne fac in
bona vo.tua ſy.vt edi.mu.hieruſalem.pſ̄.
l. Si autem aliquis deſtruit illos muros
patet ciuitatis introitus hoſtibus. ſic qui
per negligentiam dimittit orationes ⁊ vi
gilias:di. Quid oportet ſurgere ad ma⸗
tutinas/ieiunare vel orare genibus fle⸗
xis ⁊c̄. Talis cito cadet: ⁊ hoſtes occupa⸗
bunt eum; quia muri ciuitatis deſtruun⸗

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tur. O quot ſunt q̄ bene incipiunt cū fer-
uore ⁊ poſtmodū ꝑ negligentiā corruunt
q̄ſi redeuntes retrorſum. de talib⁹ pōt veri
ficari illud. Joā. xviij. Abierūt retrorſuz
et ceciderunt in terram. Figura de vxore
Loth: que reſpexit retro ⁊ effecta eſt ſta-
tua ſalis: q̄ nō pōt fructū facere. Gen̄. xix.
Itē figura de Loth: qui ſodomis iuſtus
fuit: ſꝫ in mōte peccauit: q2 negligēs fuit.
ſic in ꝓpoſito ⁊c̄. Ideo dn̄s. Memores e-
ſtote vxoris Loth. Luce. vij. Itē Luc. ix.
Nemo mittens man⁹ ſuas ad aratrū ⁊ re
ſpiciēs retro apt⁹ eſt regno dei. Remediū
ḡ habem⁹: illud qđ dicit dn̄s moralit̄ ex-
ponendo. iiij. Regū. iiij. Accinge lumbos
tuos: ⁊ tolle baculū meuꝫ in manu tua ⁊
vade. Nota accinge lumbos tuos: quādo
aliq̄s vadit ſine cinctura vel zona vl̄ cori-
gia ore veſtiuꝫ/ſi valde vadunt ꝑ terram:
ita negligētes qui nō cingūt ſe zona, i. pe-
nitentia: vadunt ꝑ terrā. Ideo dicit Ac-
cinge lumbos tuos: ⁊ tolle baculū. Bacu
lus ſignificat crucē chr̄i: cum q̄ chr̄s tran
ſiuit fluuiū hui⁹ mundi ad ripam alterius
mundi: iuxta illud. Gen̄. xxxij. Cū baculo
meo tranſiui iordanē Talem baculū cru-
cis debem⁹ ſumere vt ſuſtentemur in via
ḡre: q2 ſicut ille q̄ eſt debilis: ⁊ infirm⁹ nō
pōt ſuſtētari ſine baculo quin cadat: ſi ꝓ
habꝫ baculū in manib⁹ ſuſtentat̄. Sic qn̄
ꝑſona deuota aliquādo acidiat̄: ⁊ ex hoc
venit in negligentiā aſſumat baculū cru-
cis chr̄i ⁊ paſſionē: nō ſolū oculis ꝯſidera
tionis: ſed etiā manib⁹ opatiōis. Maius
eñ ꝯfortamentū qđ poſſit haberi in opa-
tionib⁹ bonis: eſt memoria paſſionis chr̄i
Uerbi ḡra. Si habetis tediuꝫ de ieiunio
cogiteꝫ ieiuniū chriſti: ⁊ prandiū qđ ha-
buit in cruce. Si moleſtant vos pulices:
cogitate pūcturas ⁊ aculeos ī capite chr̄i:
⁊ in manib⁹ ⁊ in pedib⁹ puncturas clauo-
rū. Si de lecto duro: cogitate lectū cruceꝫ
chr̄i. Si de paupꝑtate: cogitate chr̄m nu-
dum in cruce. Si ꝯtumelie ⁊ offenſe: cogi
tate ꝯtumelias ⁊ iniurias illatas chriſto
in cruce pendēti ⁊ dicenti. Pater ignoſce
illis ⁊c̄. Ecce q̄re dicit. Tolle baculū meū
in manu tua. Figurā hui⁹ habem⁹ in paſ-
ſione chr̄i: qn̄ Symon cyreneus portabat
crucē chr̄i ex vna pte et chr̄s ex altera: q̄a
chr̄s portat crucē penitentie noſtre ſimul

nos adiuuando ⁊ ꝯfortando nos. De iſta
tamen materia. ſ. de cauſis pc̄ti mortalis:
vide lati⁹ vt ſcripſi ſup̄ arti. j. ſermone. iiij
vbi agit̄ de cauſalitate pc̄ti.

## ¶ De effectib⁹ peccati morta-lis. Sermo. xiiij.

O Uaſi a facie colubri ⁊c̄. Sequit̄ p̄dicare de
quarta ꝯſuetudine tertij arti-
culi: vicꝫ de effectib⁹ pc̄ti mortalis qđ ha
bet inferre multa mala hoi ⁊ vltra ea que
dicta ſunt ſup̄ ar. j. ſer. iiij. de effectu pc̄ti: ⁊
ſupra codē arti. iij. ſermo. j. vbi dictū eſt de
q̄druplici morte illata homini ꝓpt̄ deme-
ritū pc̄ti mortalis. Nūc p̄dicabo de q̄dam
alio effectu vicꝫ: q2 mortificat opa bona q̄
fiunt in ſtatu pc̄ti mortalis: ⁊ facta fuerāt
ante. Salutet̄ virgo ⁊c̄. Pro intellectu ḡ
hui⁹ materie debeꝫ ſcire ꝙ in ſacra theo-
logia diſtinguūt om̄ia opa nr̄a q̄drifarie.
Sūt eñ opa nr̄a in q̄druplici differentia.

Quedā eñ opera ſunt viua.
Quedam mortua.
Quedā mortificata.
Quedam viuificata.

¶ Et ꝑ declaratiōe hui⁹ pone exemplꝫ
de aliq̄ mēbro corꝑis: puta manu q̄ q̄nq̄
eſt viua. ſ. qn̄ habet ꝑncipiū vite: ⁊ opati
onē vite. Principiū vite corꝑis eſt anima.
Gen̄. ij. Formauit igr̄ de⁹ hoiem de limo
terre: ⁊ iſpi. in fa. ei⁹ ſpi. vite. Opatio aūt
vite ꝯſiſtit in ſenſu ⁊ motu: qn̄ ḡ man⁹ eſt
vnita corꝑi ⁊ ſentit etiaꝫ mouet̄ dꝫ viua:
q2 hꝫ ꝑncipiū ⁊ opationē vite. Qn̄q3 aūt
eſt mortua: puta qn̄ neutrū illoꝝ hꝫ: puta
q2 eſt p̄ciſa a corꝑe vl̄ eſt vnita corꝑi mor
tuo. Qn̄q3 ⁊ tertio eſt mortificata. ſ. qn̄ hꝫ
principiū q̄dē vite. i. aīam q2 eſt vnita cor
pori viuo: ſed nō habet opationē vite. ꝓpt̄
aliqđ ipedimentū alicui⁹ infirmitatꝫ: pu
ta ꝓpter paralyſim. Qn̄q3 et. iiij. eſt viui
ficata. ſ. quādo illud impedimentū tollit̄
⁊ man⁹ reſtituit̄ in priſtinū ſtatū ſanitatꝫ
⁊ hꝫ principiū ⁊ opationē vite. Sic ḡ in ꝓ
poſito. Opera nr̄a dicunt̄ viua qn̄ habet
vite principiū ⁊ meritū vite. Principiū
vite ſpūalis eſt ḡra dei ꝑ quā aīa viuit vi
ta ḡre. Gal. v. Fratres ſpū viuim⁹. i. ḡra

ſpūſſancti data nobis ꝑ meritū chꝛi. Pſ.
Nos q̄ viuimus benedicim⁹ dn̄o. Opera
tio aūt vite ſpūalis dicit̄ meritū vite eter
ne. Opa ergo bona dicunt̄ viua qn̄ proce
dūt ex pn̄cipio vite: qđ eſt gr̄a. q̄a ſunt fa
cta in gr̄a cū debitis circūſtātijs/et habēt
opationē vite. i. meritū vite eterne. Quā
doq̨ et ſcđo dicunt̄ opa mortua: qn̄. ſ. ca
rent vtroq̨ ꝛ pn̄cipio vite: qđ eſt gratia. ꝛ
etiā opatiōe vite. i. efficacia merendi. De
quib⁊ opib⁹ loquit̄ apl's di. Sanguis chꝛi
emūdabit cōſcientias nr̄as ab opib⁹ moꝛ
tuis ad ſeruiendū deo viuēti. Heb. ix. Et
hec opa moꝛtua ſunt in q̄druplici dr̄ītia.
Qn̄q̨ em̄ ſunt opa moꝛtua ex defectu pn̄
cipij vite gr̄e. puta quādo fiunt opa de ge
nere bonoꝝ ab eo/q̄ nō habet gr̄az ſeu cha
ritatē: talia nō habēt pn̄cipiū vite/et cōſe
quēter nec opationē vite: qꝛ nō merētur.
Vn̄ ꝛ de talib⁊ opib⁹ nunq̄ remunerabit̄
bō. iō quo ad vitā eternā/etiā ſi poſtea cō
uertat̄ ad pn̄iam ꝛ reducat̄ ad ſtatuz gr̄e.
Et hoc ꝓbat̄ rōne ꝛ auctoꝛitate. Ratio ē
duplex. ¶ Pꝛima quidē eſt illa. q̄a cū de⁹
bonoꝝ nr̄oꝝ nō indigeat nunq̄ acceptat
opa hoim tāq̄ remūeratiōe digna/nec tā
q̄ ſatiſfactoꝛia: niſi acceptet opantē. Vn̄
Gen̄. iiij. ꝛ de pe. di. v. c. j. in fine. Reſpexit
deus ad Abel ꝛ ad munera ei⁹. dicit̄ q̄ do
min⁹ reſpexit ad munera: ꝑmiſit q̄ de⁹ re
ſpexit ad Abel ꝛc̄. Sed de⁹ non acceptat
hoiem exiſtentē in pctō moꝛtali: q̄a in illo
ſtatu eſt inimic⁹ dei. Pſ. v. Odiſti oēs q̄
opant̄ iniquitatē ꝛc̄. Itē Sap. xiiij. Simi
ter odio ſunt deo impius ꝛ impietas ei⁹:
ḡ multo min⁹ acceptat opa eius. ¶ Se
cūda ratio eſt. qꝛ ſicut ramus p̄ciſus ab ar
boꝛe nō p̄t facere fructū. q̄a oꝛigo fructuū
oim̄ eſt radix arboꝛis ſiue ip̄a arboꝛ. Sic
in ꝓpoſito. radix ſiue arboꝛ fructuū. i. ope
rū meritoꝛioꝝ eſt chꝛs ſeu gr̄a chꝛi. p̄cidit̄
aliquis aūt a chꝛo ꝑ moꝛtale pctm̄. j. Co.
xvj. Si q̄s nō amat dn̄m nr̄m ieſum chꝛi
ſtuz/ſit anathema. ergo nō pōt facere op⁹
meritoꝛiū. Et hoc eſt qđ ait dn̄s Joā. xv.
Sicut palmes non pōt fructū facere niſi
manſerit in vite: ſic nec vos niſi in me mā
ſeritis. Ego ſum vitꝫ ꝛ vos palmites: qui
manet in me et ego in eo/hic fert fructum
multū. quia ſine me nihil poteſtis facere/
ſcꝫ meritoꝛie. Auctoꝛitas autē clara habe
tur ꝑ aplm̄ dicentē. j. ad Coꝛ. xiij. Si di
ſtribuero om̄es facultates meas in cibos
pauperū/ꝛ ſi tradidero coꝛp⁹ meū ita vt
ardeam: charitatē autē nō habuero/nihil
mihi ꝓdeſt. ſ. quantū ad regnū celoꝝ obti
nendū. vt ponit Aug. in lib. de penitētia.
ꝛ habet̄ in decretis. de peni. diſt. iij. c. vlti.
Ad idem facit qđ dicit dn̄s Mat. v. Si
offers mun⁹ tuū ad altare/ꝛ ibi recoꝛdat⁹
fuerꝫ q̄ frat̄ tu⁹ hꝫ aliq̄d aduerſum te: re
linque ibi munus tuū ante altare/ꝛ vade
pꝛius recōciliari fratri tuo: ꝛ tunc veniēs
offeres mun⁹ tuū. Ex quo ꝓbatur q̄ ope
ratio bona nō valet/niſi operās ꝑſona ſit
in gr̄a. Et iō dicit Glo. Bernar. in c. j. de
colluſione. q̄ dixit quidā ſapiens noie Jo
annes fantaſma: q̄ deus nō eſt remunera
toꝛ nominū/ſed aduerbioꝝ: hoc eſt dicere
nō remūerat de⁹ bonū qđ fit/ſꝫ qđ bn̄ fit.
Hec glo. Ibi bene autē nō pōt fieri a per
ſona bonū ſi ſine charitate ſit. Vn̄ ſi iniun
ctam penitētiā quis pagat in moꝛtali: nō
ꝓdeſt ſibi quo ad remiſſionez pene debite
in foꝛo dei/licet ꝓſit ſibi quantū ad ſatiſfa
ctionē pꝛecepti a ſacerdote ſibi iniūcti/cui
obedir̄ tenet̄: ꝓdeſt ſibi etiā q̄ ad alia. vt i
fra dicā. Nam ad ſatiſfactionē pꝛeceptoꝝ
dei/ſufficit obedire etiā ſine charitate. vt
no. Tho. j. ij. q. c. ar. j. ꝛ. x. Et h̄ qđ hic di
citur/etiā ponit̄ de peni. di. iij. ſiquis aūt.
circa finē illius diſtinctiōis. Hec autē pꝛe
dicta cōcluſio eſt vera niſi in tribus caſib⁹
in quib⁊ opera de genere bonoꝛū facta ab
eo qui nō eſt in gratia. poſtea aduenīente
gratia viuificātur. ¶ Pꝛimus eſt niſi ſint
opa que habēt efficaciā ex opere operato/
ſicut baptiſmus: quia tunc recedēte fictio
ne opatur. Idem pōt eſſe in omnib⁊ ſacra
mentꝫ cōferentib⁊ characterē: ſicut eſt cō
firmatio/ꝛ oꝛdo pꝛeter baptiſmuz. Ratio
autē hui⁹ eſt: quia ſicut dicit Tho. in. iiij.
di. q. iij. ar. iiij. qꝛ baptiſmus nō habet effi
caciā ſoluz ex opere operāte ſed magis ex
opere operato: qđ eſt opus dei ꝛ nō hois.
ꝛ ideo nō poteſt eſſe moꝛtuū ſm̄ Tho. ibi.
Sed hec ratio videtur dubia: qꝛ ſm̄ hanc
idem eſſet in alijs ſacramētis. ¶ Secun
dus caſus eſt: niſi ſint opera ex quibus nō
cōſequitur meritū immediate/ſed ex alio
opere ſub cōditione illius operis: ſicut eſt
in indulgētijs. vt infra dicetur cum de in



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dulgētijs dicetur. ¶ Tertius eſt: niſi ſint
illa opera in meritu alterius exiſtentis in
gratia: nō autē operanẜ per modum nudi
miniſtri exiſtentis in mortali: ſicut nota.
Tho. in. iiij. ſentē. diſt. xlv. q. ij. ar. j. q. iij. ꝛ
dicā infra ar. iiij. cū de ſuffragijs agetur.
Patet ergo quō opera dicunẜ mortua ex
defectu principij vite ſpūalis/ qđ eſt gra-
tia. ¶ Secūdo autē modo dicūtur opera
mortua ex defectu finis: quia ſunt quidē
facta ab eo qui eſt in gratia: ſed nō ſunt or-
dinata ad finē debitū. puta qñ fit elemo-
ſyna ꝓpẜ vanā gloriā: nō tamē tantā q̄ ſit
peccatū mortale: qa tūc opꝰ eſſet mortuū
prima ratione. i. ꝓpter defectū principij.
vel fit aliquod bonū opus ꝓpter aliquem
reſpectū tēporalē/ puta amore vel timore
alicuiꝰ ꝑſone: vel hmōi. Tunc em̄ opꝰ eſt
mortuū nō quidē ex defectu principij: q2
fit ab eo/ qui eſt in gratia: ſꝫ ex defectu fi-
nis intenti. qui cū det formā in actib9 mo-
ralibus ſi ſit malus: etiā opus faciet ma-
lum formaliter/ licet ſit bonū materialiẜ.
Finis em̄ operis ꝛ operātis debet eſſe cha-
ritas: quia vt dicit apl's. j. Timo. j. Finis
p̄cepti eſt charitas. ¶ Tertio dicunẜ ope-
ra mortua: non quidē ex defectu p̄ncipij/
quia fiunt ab eo q̄ habent gratiā. neq3 ex
defectu finis: q2 intēditur debitus finis.
ſed ex defectu materie: vt mendaciū offi-
cioſum dictū ab eo qui eſt in charitate/ vl'
aliqđ aliud veniale: tunc opus dicẜ mor-
tuū. Et hec opera mortua ſecūdo ꝛ tertio
modo aſſumpta/ nulla remuneratōe ſunt
digna. ſed aſſumpta p̄mo modo aliud me-
rentur ex cōgruo. vt infra diceẜ. ¶ Quar-
to dicūtur opera mortua ex defectu modi
agendi. puta q2 opus eſt bonū/ ꝛ operans
in charitate/ ꝛ finis bonus: tamen deficit
modus. puta ſi dicat quis miſſam ſine lu-
mine/ vel cum calice vitreo/ vel ſine ſtola
ꝛc. de quo in c. fi. de cele. miſ. In quolibet
em̄ ope ad hoc vt ſit meritoriū/ requirunẜ
ex parte operātis tria. ſcꝫ ſpecies/ modus
ꝛ ordo. ¶ Quādoq3 ꝛ tertio dicūtur ope-
ra mortificata: puta quādo nō carēt prin-
cipio vite/ q2 ſunt de genere bonorū facta
in gratia: ſed poſtmodū ſequitur peccatū
mortale per qđ dicunẜ mortificari opera
bona facta in grā/ et meritoria. Mortifi-
cantur autē quo ad operationē. i. meritū:
q2 ſi moritur quis in illo mortali de p̄mis
bonis operib9: nullū meritū habebit. Au-
ctoritas. Ezech. xviij. Si auerterit ſe iu-
ſtus a iuſtitia ſua et fecerit iniq̄tates ſm
omnes abominationes quas operari ſo-
let impius/ nūquid viuet? oēs iuſtitie eiꝰ
quas fecerat nō recordabūtur. Unde nec
Jude nec Sauli aliquid ꝓſunt bona que
fecerūt quo ad meritū de quo loquimur.
¶ Quedā ꝛ quarto opera ſunt viuifica-
ta: illa ſcꝫ que ſemel fuerūt viua/ ꝛ poſtea
per peccatū mortale mortificata. tandem
peccato ſublato reuiuiſcūt: q2 recuperant
meritū vite/ qđ fuerat mortificatum. Di-
practice: ſi feciſſet homo mlt'a opera bona
ꝛc. Unde Aug. in lib. de penitētia ꝛ trā-
ſumptiue de peni. diſt. iij. Pium eſt crede-
re/ ꝛ noſtra fides hoc expoſtulat/ vt cum
gratia chr̄i in hoīe deſtruxerit mala prio-
ra/ etiā remuneret bona. ꝛ cū deſtruit qđ
ſuū nō inuenit: amat ꝛ diligit bonū quod
in peccāte plātauit. Patet ergo ex p̄dictis
ꝙ ſi homo vult mereri ex operibꝰ bonis:
debet illa facere in gratia exiſtēs/ al's non
ſunt meritoria. Ideo Jo. ix. Oportꝫ ope-
rari donec dies eſt: veniet nox quando ne-
mo poteſt operari. Nota donec dies eſt. i.
donec grā ſignata ꝑ diem eſt in hoīe. Per
diē em̄ ſignificaẜ gratia: iuxta illud Pro-
uerb. iiij. Juſtorū ſemita quaſi lux ſplen-
dens ꝓcedit ꝛ creſcit vſq3 ad perfectū diē.
venit nox. ſ. peccati mortalis/ quando ne-
mo pōt oꝑari. ſ. meritorie. Inuenio tamē
ſm ſententiā theologoꝝ ꝛ canoniſtarū: ꝙ
opera bona ſine gratia facta: vel facta in
gratia/ ſed poſtmodū per peccatū morta-
le mortificata/ habēt ſex effectus bonos:
quoꝝ aliquos ponunt theologi: aliq3 ca-
noniſte. ſicut notaẜ in. c. ꝙ quidā. de peni.
ꝛ remiſ. ꝛ Glo. in decretis. de peni. di. iij.
ſiquis autē. circa finē diſtinctōis. Et oēs
iſti ſex effectus continenẜ in his verſibus
qui ſequūtur. Que cū mortali bona fiūt
dant bona terre. Cor faciunt humile: mi-
nuūt tormenta gehenne. Inclinant: reprī-
munt hoſtem: penamq3 retardant.

Primo valent: ad bonoꝝ tēporaliū ac-
quiſitionē. dant bona terre.

Secūdo ad vere ꝯtritionis impetratio-
nem. cor faciunt humile.

Tertio ad pene eterne diminutionē

minuūt tormenta gehenne.
Quarto ad bonorum operum aſſuefa⸗
ctionem.inclinant.
Quinto ad diabolice poteſtatis repreſ
ſionem.reprimunt hoſtem.
Sexto ad pene temporalis retardatio
nem/penamq; retardant.
¶ Primo ergo valent ꝛc. Nota ꝙ deꝰ eſt
ita iuſtus ⁊ bonus:ꝙ ſicut nullū malū di⸗
mittit impunitū/ita nullum bonū irremu
neratū. Unde Hiero.de peni.diſt.iij.Si
quādo videris int̄ multa opera pctoꝝ fa⸗
cere quenq; aliqua q̄ iuſta ſunt:nō eſt ita
iniuſtus deus/vt ꝑpter multa mala obli⸗
uiſcatur paucoꝝ bonoꝝ.Hec ille. Exem
plum in nouo teſtamēto de diuite epulo⸗
ne/cui dixit Abraā.Fili recepiſti bona in
vita tua.Luc.xvj.qḋ non fuit ꝑpter aliud
vt dicit Greg.in home.de diuite epulone.
⁊ habet̄ de peni.diſt.iij.c.cauendū eſt.niſi
qꝛ aliqua bona fecerat in hac vita:de qui
bus in p̄ſenti ſeculo remuneratione͂ acce⸗
pit.Ideo dicit Chryſ.e.diſt.c.quid ergo.
Non debes turbari nec emulari quādo vi
des in hoc mōdo impios ꝓſperare:quia il⸗
lud eſt remuneratio bonorū/q̄ hic faciūt
ſine ſpe future remunerationis.Ps̄.Noli
emulari in malignātibus.Sicut econtra
quādo videt bonos in hoc mūdo aduerſi⸗
tatibus fatigari:quia illud ꝯtingit ꝑpter
culpas quaſdam ſiue veniales ſiue morta
les p̄teritas vel remiſſas.quidē ꝑ penitē⸗
tiā/ſed nondū bene purgatas ꝑ ſatiſfactio
nem.Exemplū etiā habemꝰ de obſtetrici⸗
bus iudeoꝝ:de quibꝰ Exoḋ.j.in fine.vbi
dicit̄ quia timuerūt obſtetrices deū. Edi
ficauit illis domos.Suꝑ quo textu dicit
Greg.⁊ habet̄ in decretis.xxij.q.ij.ſi queli
bet ibi.nam benignitatis earū merces q̄
eis in terra potuit vita retribui p̄miſſa cul
pa mendacij in terrena eſt recōpenſatione
declinata. ¶ Scḋo valēt ad vere cōtritio
nis ſeu penitētie impetrationē.Pōt poni
exemplū de Cornelio Centurione.Item
de latrone:de quo frater Jacobus de vo⸗
ragine ponit in ſermone ſuo de innocen⸗
tibus.Q, fugiente virgine cū Joſeph in
Egyptū:cum latrones irruiſſent q̄ eos ex
poliare volebāt/vnus eoꝝ pueꝝ reſpiciēs
ait.Uere dico vobis/ꝙ ſi poſſibile eſſꝫ de
um incarnari:dicerē puerū iſtū dn̄m eſſe.
⁊ ſic ſocios induxit vt eos abire illeſos ꝑ⸗
mitterent.Iſte dꝛ fuiſſe ille latro cui poſt
modū chr̄us dixit.Amen dico tibi/hodie
mecū eris in paradiſo.Luc.xxij.Hec ille.
Ad idē facit qḋ legit̄ in eccl̄iaſtica hiſtoꝛ.
li.vj.c.v.vbi dicit̄. Q, cū quedā ſanctiſ⸗
ſima chr̄iana noie Potamiana ad marty
riū duceret̄:poſt multa ſupplicia multi im
pudici ⁊ impij hoies ipſam verbis ⁊ iniu⸗
rijs conabant̄ illudere.Quidā ꝓ ſpicula
toꝛ paganus q̄ ipſam ducebat noie Baſi
lides cepit abigere eos impudētiꝰ irruen
tes hūanitatis ⁊ miſeratiōis obtentu.At
illa videns religioſum illiꝰ viri votū erga
ſe/ait.Certꝰ eſto Baſilides/ꝙ cū abiero
ad deū meū:ſine mora boni huius tibi re
munerationē parabo.Et ſic poſtea conti⸗
git.Nā ille nō poſt multos dies cōuerſus
ad fidē ꝑ eā martyriū ſumpſit.⁊ interrogā
tibus eū fidelibꝰ de cauſa tā ſubite muta⸗
tionis/dixit ꝙ Potamiana poſt diē tertiū
martyrij ſui noctu aſſiſtens coronā capiti
ſuo ipoſuit dicēs depcatā ſe ꝓ ipo dn̄m et
ipetraſſe ſm̄ qḋ ſcptū eſt:qꝛ q̄ recipit mar
tyrē:mercedē martyris ꝯſeqt̄.Exēplū in
Uitiſpatrū de illo principe latronū q̄ ſer⸗
uauit quandā virginē ne a ſocijs corrūpe
retur.ꝑpter qḋ cōuerſus ad dn̄m effectus
eſt ſctūs:ſicut reuelauit deus abbati Paf
nutio.Itē hic latro alio tp̄e inuenit quā⸗
dā mulierē errantē in eremo:q̄ interroga⸗
ta ab eo/dixit ꝙ maritus ſuꝰ ꝑpter debitū
detinebat̄ in carcere ⁊ ſepe cruciabatur et
tormentabat̄.tres etiā filij ſui ꝓ eodeꝫ de⸗
bito diſquirendi erāt:ipſa q̄q; ad ſimiles
penas inquirebat̄.Tūc ille latro miſcḋia
ductꝰ dedit ei trecētos ſolidos/ꝓ quibus
vir ⁊ filij detinebant̄ obnoxij.Propt̄ quā
elȳnā fuit r̄uelatū Pafnutio/ꝙ idē p̄miū
habiturꝰ eſſet in gl̄ia. At ille fiſtulas q̄s
manu gerebat abijciēs:qꝛ de latrocinio ar
tē ſimphoniaci exercebat.ſequutꝰ eſt Paf
nutiū ad eremū:et cōtinue ꝑ trienniū ſan
ctiſſimā vitā agēs:tandē cū excellēti gl̄ia
vitā eternā adeptꝰ eſt. Hiero.in vitiſpa.
Propter qḋ cōcludit̄ ibi/ꝙ nullus in h̄ ſe
culo debꝫ deſpici/etiā ſi latro ſit aut nego
ciatoꝛ/aut maximꝰ pctōꝛ:q̄a in oi ordine
hūane vite ſūt aīe deo placētes/hn̄tes ali
q̄s actꝰ occultos quibꝰ delectat̄ deus.Iō
male dicūt aliq̄ dicētes.Poſtq; ſū in mo

tali pctō ꝛ bona oꝑa q̄ facio non ſunt me
ritoria vite eterne. ergo nihil boni faciam
ꝛc̄. Immo debēt hoies tunc magis inten
dere bonis operibꝫ: q̄a tūc magis indigēt
ad ꝓuocandū diuinā clementiā / vt reſipi/
ſcāt a laqueo diaboli ꝛ illuminent̄ a deo.
ſicut infirmus tūc magis bonis cibis indi
get cū grauiꝰ infirmat̄. Jō Greg. de peni.
di. v. falſas. in fi. Non deſperet pctōꝛ et in
terim quicq̄d boni facere poterit exhorta
mur vt faciat: vt oipotens deꝰ coꝛ illius il
luſtret ad pniam. Hec ille. ¶ Dico tertio
ꝙ valent ad pene eterne diminutionē. qđ
intellige nō ꝙ dānati ſentiant aliqđ refri
geriū de bonis q̄ fecerūt in mūdo: quia di
ues epulo petijt vnā guttā aque: ꝛ iā ſunt
mille q̄dringenti anni ꝙ eā petijt / ꝛ ſempꝛ
petet vſq꞉ in diē iudicij / ꝛ nunq̄ꝫ habebit.
ſed intelligendū eſt ꝙ damnati minus toꝛ
mentū patient̄ q̄ꝫ ſi nō feciſſent id bonum
opus: ꝑſertim qn̄ eſt neceſſariū ad ſalutez.
Vn̄ Augꝰ. in lib. de peni. loquēs de illo q̄
ſine charitate paſſus eſt martyriū / et alia
mala ꝓ fide chr̄i non neganda / dicit. Exti
mandū ē foꝛtaſſe tolerabiliꝰ ei futuꝝ iudi
ciū q̄ꝫ ſi non negando nihil eoꝝ pateretur.
de peni. di. iij. c. vlti. qđ incipit. Siq̄s aūt.
¶ Dico quarto ꝙ valent ad bonoꝝ ope/
ru aſſuefactionē. Rō. qꝛ ex multiplicatōe
actuū bonoꝝ generat̄ habitus q̄dā in aīa
ſilis q̄ eſt q̄litas q̄dā ꝺ difficili mobilis / ꝑ
quā hō efficit̄ ꝓnus ad cōſimiles actꝰ ꝛc̄.
Exemplū de baptiſmo collato a Jo. bap.
per hoc em̄ Jo. baptizabat: nō autē remit
tebat pctā. Vn̄ dicit. Ego baptizo vos in
aqua ꝛc̄. Jo. j. Jō Lu. j. Tu puer ꝓpheta
altiſſimi vocaberis: pre. em̄ an̄ fa. dn̄i pa.
vi. eiꝰ. ꝛc̄. Aug. ponit de cōſe. di. iiij. c. non
regenerabat̄. ſic ecōtra de mala cōſuetudi
ne. ¶ Dico quinto ꝙ valent ad diabolice
ptātis repſſionez. Exemplū habet̄ de illo
iudeo q̄ ſignauit ſe ſigno crucis in templo
Apollinis doꝛmiēs ꝛc̄. De quo Greg. in
dial. lib. iij. c. vij. ꝛ habet̄ in glo. de cōſe. di.
iiij. c. poſtea. ¶ Dico ſexto ꝙ valēt ad pe/
ne tꝑalis retardationem. Exemplū habet̄
de Achab. iij. Reg. xxj. De quo qꝛ humi/
liauit ſe ad pniam ꝑ verbum Helie / dixit
dn̄s ad Heliā. Nō vidiſti Achab humi/
liatū coꝛā me. qꝛ ḡ hūiliatꝰ eſt mei cauſa /
nō inducā malū in diebꝫ eiꝰ: ſꝫ in diebꝰ fi
lij ſui inferā malū domui eiꝰ ꝛc̄. De predi
ctis vide in ſūma cōfeſſo. li. iij. ti. xxxiiij. q.
xlij. ad q̄d ḡ valēt: et pluribꝫ ſequētibꝫ.

¶ De tribus alijs effectibꝰ pec/
cati moꝛtalis. Sermo. xv.

Quaſi a facie
colubri ꝛc̄. Seq̄tur ꝑdicare de
aliq̄bꝫ alijs effectibꝫ pcti moꝛ
talis. Salutet̄ virgo ꝛc̄. Vltra ergo ꝑdi/
ctum effectū pcti moꝛtalis / qđ eſt operuz
bonoꝝ moꝛtificatio: eſt videndū de aliqui
bus alijs effectibus / ꝛ ꝑ hoc mane. Nota
tres alios effectꝰ vel potius defectꝰ. De
primo vide ſupꝛa arti. j. ſer. v. ꝑte. v. De ſe
cundo vide in ſer. Hugonis de pꝛato ſer.
j. q̄ incipit: Miſeros facit populos pctm̄.

Primus eſt: quia facit hoiem ſpirituali
ter infirmitatem incurrere.

Secūdus eſt: quia facit hoiem in alia
peccata incidere.

Tertiꝰ eſt: qꝛ habet hoiem ſeruituti mi
ſerabili mācipare in nouo malo qđ infert
pctm̄ homini. Latiꝰ aūt idē Hugo ponit
in ſermonibꝫ. xl. feria. v. poſt tertiā dn̄icaz
q̄drageſime ꝑte. j. De tertio vide qđ ſcri/
pſi in ſermonibꝫ poſt feſtū trinitatis dn̄ica
viij. ſer. iij. et qđ ſcripſi in ſermonibꝰ. xl. de
x. ꝑceptis in tertio ꝑcepto de modo ſeruan
di feſta. parte. j. Circa primū ergo vides.
¶ Circa ſcđm dic ſm̄ pꝛefatū Hugonē,
ꝙ pctm̄ moꝛtale facit hoiem incurrere fe/
bꝛem ſpūalē: qꝛ homo ꝑ pctm̄ efficit̄ febꝛi
coſus / ꝛ magnis febꝛibꝫ poſſidetur. nā per
febꝛē pctm̄ ſignificat̄. Quia ſicut febꝛis ē
quidā caloꝛ innaturalis ad cōſumptionez
vite coꝛꝑis agens: ita pctm̄ eſt amoꝛ inna
turalis ꝛ impꝛopꝛiꝰ ad conſumptionē vi/
te anime tendens. Amoꝛ em̄ caloꝛi cōpa
ratur ꝛ igni: de quo dicit̄ Mat. x. Ignem
veni mittere in terrā. Vnde Aug. in. xiiij.
de ciui. dei. c. vlt. dicit. Fecerunt itaq꞉ ciui
tates duas amores duo: terrenaz. ſ. amoꝛ
ſui vſq꞉ ad contemptū dei. celeſtē vero / a/
moꝛ dei vſq꞉ ad cōtemptū ſui ꝛc̄. Hic em̄
ꝯſtituit Hieruſalē ſuꝑnaz ꝛ celeſtē. amoꝛ
ꝟo ꝓprius vſq꞉ ad cōtemptū dei cōſtituit
ciuitatē Babylonis. ſ. infernalē. Et ꝙ ho
mo ꝑ pctm̄ febꝛiciter / patet ꝑ hoc. Quia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

peccatū illa facit in aīa que febris facit
in corꝑe. Naʒ febris habet ſeptē mala effi
cere circa corpus/que peccatū per ſeptem
capitalia vitia efficit circa animā/ipſam
nequiter alterando. Iſtos aūt effectus fe
bris ordina ſm nomē Saligia.

Primo eſt pulſus concitatio/ſuꝑbia
Secundo ſitis accenſio/auaritia
Tertio eſt ſanguis calefactio/luxuria
Quarto eſt quietis remotio/ira
Quinto eſt fetida anhelatio/gula
Sexto eſt lucis oditio/inuidia
Septimo eſt appetitꝰ turbatio/acidia.

¶ Primo em̄ febris pulſum concitat ele-
uando ꝛ deprimēdo: in quo ꝯtingit cū ſu
perbia. nā ſuꝑbia facit creaturā eleuare ꝛ
poſtea depm̄it vltra modū. Eſa. xiiij. Su
pra celum aſcendā: ſuꝑ aſtra celi exaltabo
ſoliū meū. Et ſequit̄. Uerūtamē ad infer
nū detraheris in ꝓfundum laci. Job. xxx.
Eleuaſti me: ꝛ quaſi ꝑ ventū ponēs eliſi-
ſti me valde: ſcio ꝙ morti trades me. Itē
Luc. j. Diſperſit ſuꝑbos mēte cordis ſui.
Depoſuit potētes de ſede/ ꝛ exaltauit hu
miles. ¶ Scdo facit lucem odire. Aug.
Oculis egris odioſa eſt lux/que puris eſt
amabilis in quo cōtingit cū inuidia. q̄ lu
cem ꝓximi ꝛ bonū eius videre non patit̄:
imo in ipſa multū offendit̄ plus q̄ꝫ febrici
tans de luce. Uñ Horat. in ep̄lis. Inui-
dus alterꝰ marceſcit rebꝰ opimis. Sap̄.
j. Grauis eſt nobis ad videndū. Sic frēs
Joſeph nō poterant ipm̄ reſpicere/nec ei
quicq̄ꝫ pacifice loqui. vt patꝫ Geñ. xxxvij.
Nota exemplū de duobus/quoꝝ vnꝰ erat
inuidus ꝛ alter auarus: quibꝫ rex ꝓpoſuit
vt vnus peteret aliquid a rege/ ꝛ rex ꝓmi
ſit ꝙ alteri duplū daturꝰ eſſet eius qđ pri
mus eſſet acceptur̄ꝰ. Auarꝰ nolebat pete
re p̄mo/vt poſtmodū duplū eiꝰ qđ dandū
erat inuido ꝯſequeret̄. Poſtq̄ꝫ lōga cōten
tio facta eſt int̄ eos q̄s p̄mo peteret: volē
te vtroq̄ꝫ ꝙ alter p̄mo peteret. Inuidꝰ ſp̄o
ne alter ꝯſequeret̄ duplū ſi bonū aliqđ pe
teret: petijt vt effoderet̄ ſibi vnus oculus.
¶ Tertio quietē tollit: q2 febricitās qui-
eſcere nō pōt: in quo ꝯtingit cū ira. Iracū
dus em̄ nō ꝯcordat cū aliquo/nec pōt cū
aliquo cōuerſari. Prouer. xxvij. Ira nō ha
bet miſc̄diaꝫ nec erūpens furor et impetū
ꝯcitati ſp̄us ferre q̄s poterit: quieſcite ab
hoīe cuiꝰ ſp̄us in naribꝰ eius. ¶ Quarto
appetitū turbat: q2 febricitāti nihil ꝓficuū
ſapit: ſed fructus ꝛ aqua/ ꝛ nociua deſide
rat/ ꝛ dulcia ei vident̄ amara: in quo con-
tingit cū acidia. Acidioſus ei nihil ſp̄uale
ſapit: iō in omnibꝫ ſp̄ualibꝫ attediat̄ ꝛ nau
ſeat: ꝛ vana/vt trufas ꝛ noua libēter loq̄-
tur. Num̄. xj. nota de filijs iſrael: quibꝫ fa
ſtiebat māna ꝛ deſiderabāt allia ꝛ cepas.
Uñ ꝛ dicebāt. Aīa noſtra nauſeat ſuper
cibo iſto leuiſſimo: in mentē nobis veniūt
cucumeres ꝛ pepones/porriq̄ꝫ: ꝛ cepe ꝛ al
lia. aīa noſtra arida eſt: nihil aliud reſpi-
ciūt oculi noſtri niſi manna. Sic acidio-
ſus deſiderat cucumeres et pepones. i. no
ua ꝛ trufas mūdi: et cepas ꝛ allia. i. bona
mūdi que faciunt gemere ꝛ plorare: ſic ce
pe ꝛ allia. Nota cōtra illos qui delectātur
de hiſtorijs Triſtani ꝛ Lanciloti. Itē de
illis qui delectant̄ de poetis ꝛ ph̄s paga-
nis ꝛ hiſtoriographis: ꝛ libros ſctōs ꝛ ver
ba ſancta faſtidiūt. Hieronymꝰ ꝓpter hu-
iuſmodi fuit flagellatꝰ ab angelis. Dic hi
ſtoriā ꝛc̄. Eſa. v. Ue q̄ dicitis malū bonū/
ꝛ bonū malum: ponētes tenebras lucē/et
lucē tenebras: ponētes amaꝝ dulce/et dul
ce amarū. ¶ Quinto febris totū corpꝰ ca
lefacit: in quo cōtingit cum luxuria. quia
ignis eſt totū corpus adurens ꝛ aīam con
ſumens: in cuius ſignū quādo luxurioſus
eſt in actu luxurie/rubeſcit. De hoc igne
loquit̄ Job. xxxj. Ignis eſt vſq̄ꝫ ad ꝯſum
ptionē deuorās: et oīa eradicans genimi-
na. ſ. gratie virtutū theologicaꝝ moraliū/
ꝛ donoꝝ ſpiritusſancti. Nota deuorās: q2
deuorat animā/corpꝰ/virtutes/ ꝛ merita.
quia ſi aliquis acquiſiuiſſet merita Joan
nis baptiſte: per vnū actum luxurie om̄ia
perdit. In hoc igne filius ꝓdigus cōſum
pſit oīa bona ſua viuendo luxurioſe. Lu-
ce. xv. Nota cōtra illos qui tenent cōcubi
nas cuꝫ vxore: ꝛ dic vt expedit. ¶ Sexto
febris anhelitū fetidum facit: in quo con
tingit cuꝫ peccato gule. Guloſus em̄ et ni
mio potu ꝛ cibo habet os fetidum valde.
Ps̄. Sepulchrū patens eſt guttur eoruꝫ.
Nota quomodo plures interfecit gula q̄ꝫ
gladiꝰ: et quomodo abſtinētia auget vi᷑ā
anime ꝛ corporis: ꝛ quomodo oēs pecca-
uimus in Adaꝫ peccāte: ꝛ huiꝰ cauſa pctī
fuit gula. q̄ fuit cauſa oim maloꝝ q̄ in mū

do vnq̄ꝫ fuerunt ⁊ fient. Vñ poeta. Ma-
la mali malo: mala ꝯtulit oia mundo. O
malū miſeꝝ: o miſerabile malū. ¶ Septi
mo valde ſitire facit: in quo cōtingit cum
auaritia, quia auarus ſitit ⁊ nō ſatiatur: ⁊
tanto plus ſitit quanto plus habꝫ. Iuue.
ſaty. viij. Creſcit amor nūmi quantū ipſa
pecunia creſcit. Eccš. v. Auarꝰ nō imple-
bitur pecunia: ⁊ q̄ amat diuitias / fructus
nō capiet ex eis. Hiero. Auaro tam deeſt
qđ habet q̄ꝫ qđ nō habet. Hora. in epl'is.
Semꝑ auarus eget ¶ Circa tertium no
tandū / ꝙ ois peccator eſt ſeruꝰ peccati: iu
xta illud Jo. viij. Qui facit peccatū ſeruꝰ
eſt peccati. ⁊ hoc iuſtiſſimū eſt. Pro cuius
rōne eſt aduertendū ꝙ aliquis poteſt fie-
ri ſeruus alterius triplici cauſa.

Primo ꝑ cōmiſſam iniquitatem.
Scđo ꝑ aduerſam calamitatē.
Tertio ꝑ ꝓpriam voluntatem.

¶ Omnibꝫ ergo iſtis tribus modis ⁊ ra
tionibus peccator efficiť ſeruus. Primo ḡ
modo ſcꝫ per cōmiſſam iniquitatē fit ſer-
uus aliquis. Exēplū in filijs Cham: qui
ꝓpter iniquitatē patris fuerunt maledicti
a Noe / maledictiōe pene. i. ſeruitutis / di-
cente. Maledictus Chanaā puer: ſeruus
ſeruoꝝ erit fratribus ſuis. Dixitq̄ꝫ benedi
ctus dñs deus Sem. Sit chanaā ſeruus
eius. Geñ. ix. Et hoc fuit prima ſeruitꝰ vt
dicit Amb. xlv. diſt. ſexto die. Quare aūt
noluit Noe maledicere Cham / ſꝫ filio eiꝰ
Chanaā: Dicit magr̄ in hiſtorijs ꝙ ideo: q̄r
deus benedixerat ei. et cōcordat Glo. j. q.
iiij. itēꝫ peccato. hec ergo fuit prima cauſa
ſeruitutis. ſ. peccatū. Nō enī deus fecit ho
minē vt dominareť homini: ſed ſoluꝫ irra
tionabilibꝫ animalibꝫ. Unde Aug. xix. de
ciui. dei. c. xvij in prin. ita deus hominem
cōdidit. Nam domineť (inquit) piſcium
maris ⁊ volatiliū celi: ⁊ omniū reptilium
que reptant ſuꝑ terram / rationalē fructuꝫ
ad imaginē ſuaꝫ noluit niſi irrationalibꝫ
dominari. nō hominē homini / ſed hominē
pecori. inde primi iuſti paſtores pecorum
magis q̄ꝫ reges hominū cōſtituti ſunt: vt
etiā ſic inſinuaret deꝰ quid poſtulet ordo
creaturarū. quid exigat meritū pctōꝝ. cō-
ditio q̄ppe ſuitutꝫ iure intelligiť impoſita
pctōri. ꝑinde nuſq̄ꝫ i ſcptura legimꝰ ſeruū
anteq̄ꝫ hoc vocabulo Noe iuſtꝰ filij pctm̄
vindicaret. Nomē itaq̄ꝫ illō culpa meruit
nō natura. origo aūt vocabuli ſeruorū ⁊c.
Uide reſiduū huius auctoritatis infra in
ij. efficiť quis ſeruus: vbi diciť. ⁊ cōcordat
Aug. Patꝫ ergo ꝙ ꝓpter iniquitatē fit ali
quis de iure diuio ſeruꝰ. Sic etiaꝫ in iure
canonico interdū ꝓpter iniquitatē alicuꝰ
indiciť ei ſeruitus: ſicut ptꝫ in illo qui de
fert arma vel lignamia galeaꝝ ſaracenis:
vel in coꝝ nauibꝫ ⁊ galeis pyraticis exer-
cent regimē. Talis enī ſi eſt chrianus / eſt
excōicatus: et vltra alias penas efficiť ſer
uus capientiū. vt ꝓbať extra. de iudeis. c.
ita quorūdā. ⁊. c. ad liberandā. Hoc ḡ mō
⁊ rōne iuſte peccator fit ſeruus pcti ꝓpter
eiꝰ demeritū in penā eiꝰ iniq̄tatis. Iuſte
enī fit vt qui noluit ſeruire deo bene viuē
do cui ſuire regnare eſt: quo nihil maius
in hac vita excogitari pōt / ſeruiat peccato
quo nihil peius eſt. Hier. ij. Quā vilis fa
cta es iterās vias tuas. ⁊ iō trahiť ab ini-
quitate quaſi a quodā dño cui reſiſtere nō
pōt. Prouer. v. Iniq̄tates ſue capiunt im
piū: ⁊ funibꝫ pctōꝝ ſuorū vnuſquiſq̄ꝫ a-
ſtringiť. Pš. cxviij. Funes peccatoꝝ cir-cū
plexi ſunt me. Nota exemplū de Diogene
pho: q̄ dixit regi Alexādro ꝙ erat ſeruꝰ ſer
uoꝝ ſuoꝝ. i. ꝯcupiſcētiarū et paſſionū ⁊c.
¶ Scđo efficiť quis ſeruus ꝓpter aduer-
ſam calamitatē: ſicut cū quis in bello pu-
blico vinciť ⁊ capiť fit ſeruus capiētis / ſer
uata ſibi vita. Vñ ſeruus diciť a ſeruādo /
nō aūt a ſeruiēdo: ſicut dicūt legiſte. ⁊ etiā
cōcordat Aug. xix. de ciui. dei. c. xv. vbi ſic
diciť. Origo autē vocabuli ſeruoꝝ in lati
na lingua inde crediť ducta: ꝙ hi qui iure
belli cū poſſent occidi auctoribus cōſerua
banť: ſerui fiebāt a ſuādo appellati. qđ ⁊
ipm̄ ſine pcti merito nō eſt. Nā ⁊ cū iuſtū
geritur bellū / ꝓ pctō ecōtrario dimicatur.
⁊ ois victoria cū etiā malis ꝓuenit: diuio
iudicio victos humiliās vel emendās pec
cata vel puniēs. Teſtis eſt hō dei Daniel
cuꝫ in captiuitate poſitus pctā ſua ⁊ pctā
ꝑpl'i ſui ꝯfitetur deo: ⁊ hāc eſſe cām illius
captiuitatis pio dolore teſtatur ⁊c. Hac
etiā rōne pctōr efficiť ſeruus pcti: naꝫ vin
ciť a pctō in bello publico / indicto a diuia
ſapiētia inter nos ⁊ pctā. Iſtā rōnem po-
nit btūs Petrus apl's in canonica ſua di.
A q̄ enī quis ſupatus eſt / huiꝰ ⁊ ſeruꝰ eſt.

ſ. Pe. ij. Et bellū eſt publicū: de quo Job
vij. Militia ē vita hoīs ſup terrā. ¶ Ter
tio efficit quis ſeru⁹ ꝑ ꝓpriā voluntatē: q
.ſ. quis ſe vendit alicui ad preciū ꝑticipan
dū ex paupertate: ꝓpter quā etiā filiū poſſet
vēdere. C. de patrib⁹ q̄ filios diſtraxerūt.
ꝑ totū. Et hac etiā rōne pctōr fit ſeru⁹ pec
cati: qꝛ ſponte vendit ſe peccato p̄cio mo-
dice delectationis. Malus mercatoꝛ eſt
cū aīa ſit infinite eſtimatōis/ adeo ꝙ nec
aurū nec argentū/ neqꝫ aliqs lapis precio-
ſus/ nec aliqd corꝑe fuit dignū preciū aīe
humane/ niſi p̄cioſiſſimus ſanguis chriſti
Jō Petr⁹. j. Pe. ij. Nō corruptibilib⁹ au-
ro ꝛ argēto redempti eſtis: ſed p̄cioſo ſan
guine agni imaculati Jeſu chr̄i. Nō auro
ꝛ argēto. Rō. qꝛ nō fuiſſet equalens p̄ciuꝫ
vnius tm̄ aīe. Mat. xvj. Quid em̄ profi
cit hoī ſi vni. mū. lu. aīe: vero. ſ. detri. pa.
aut quā da. ho. ꝯ. p. a. ſua: q̄ſi dicat/ nullā.
Homo tū viliſſimus ꝛ inſipiētiſſim⁹ raꝫ
p̄cioſaꝫ creaturā vēdit/ ꝑ delectatōe modi
ca luxurie/ vl' alteri⁹ pctī. Hic practice pa
bolā de ml'iere q̄ vēdidit p̄cio vni⁹ lactu-
ce lapidē p̄cioſuꝫ magni valoris/ quā ſibi
recōmedauerat maritus ei⁹ vt diligētiſſi
me cuſtodiret. Sic in ꝓpoſito ꝛc̄. Hāc ra
tionē aſſignat apl's dicēs An neſcitis cui
exhibetis vos ſeruos ad obediendū: ſerui
eſtis ei⁹ cui obeditis/ ſiue pctī ad mortē/
ſiue obeditiōis ad iuſtitiaꝫ. Ro. vj. Patꝫ ergo
ꝙ multiplici rōne peccatoꝛ meret hac pe-
naꝫ vt efficiat ſeruus pctī: qua ſeruitute do
minus nos liberare dignetur.

## ¶ Quomodo vn⁹ punitur pro pctō alteri⁹. Sermo. xvj.

**Q** Uali a facie
ſcolubri ꝛc̄. Proſeqndo adhuc
iij. ar. ꝛ. iiij. eius cōſideratiōeꝫ:
reſtaret videre de quodā alio effectu pctī
q̄ eſt ꝙ vnus punit qn̄qꝫ ꝑ pctō alterius.
De q̄ ponit Tho. in. j. ij. q. lxxxvij. ar. viij.
ꝛ in. xxij. q. cviij. ar. vlt. Et ꝑ declaratione
huius materie q̄ eſt mixta. ſ. theologica/ et
canonica/ et ciuilis. Videt primo ꝙ null⁹
debet puniri ꝑ pctō alteri⁹: qꝛ hoc eſſet ꝯ
ius diuinū/ naturale/ canonicum ꝛ ciuile.
Primo ꝯ ius diuinū: qd̄ habet Eze. xviij
Aīa q̄ peccauit/ ipa morietur. Fi. nō por. ini.
p̄ris ꝛc̄. Itē Deut. xxiiij. Nō occidenf pa
tres pro filijs. Scd̄o videt eſſe ꝯ ius natu
rale: nā rō naturalis dictat ꝙ null⁹ debet
pati penā/ ſi nō delinqt. pena em̄ reſpōdet
culpe. Vn̄ ꝓſus. Auctores ꝓprios ſua cri-
mina iure tenebunt. Nullus plectet niſi q̄
pctōr habet. Tertio ꝯ ius canonicū: q̄ ca-
uet ꝙ pctm̄ ſuos tenere debeat auctores:
nec pena eſt vlteri⁹ ꝓtrahenda q̄ꝫ delictū
fuerit in excedente repertū. extra de his q̄
fi. a maio. ꝑ. ca. q̄ſiuit. ꝯcordat regula iur.
li. nō debet aliqs alteri⁹ odio p̄grauari. li.
vj. Quarto ꝯ ius ciuile: q̄ cauet ꝙ pctā ſu
os teneant auctores: nec vlteri⁹ ꝓgrediat
metus q̄ꝫ reperiat delictū. C. de penis. l.
ſancimus. Nota mer⁹/ glo. i. pena. In cō-
trariū facit auctoritas Exo. xx. Ego ſum
de⁹ zelotes ꝛc̄. Itē Mat. xxiij. Vt veniat
ſup vos oīs ſanguis iuſtus ꝛc̄. Itē Jo. ix.
Rabi qs peccauit hic aut parētes ei⁹. Vi
de. j. ꝑ. iij. ꝓpe finē. Itē de ꝯſe. di. j c. in ſan
cta. dr ꝙ iuſt⁹ ſepiſſime perit ꝑ ipſo. Pro
ſolutiōe ergo hui⁹ materie eſt notandū/ ꝙ de
pena poſſum⁹ loq tripl'r/ ſeu pena p̄t ꝯſide
derari tripl'r. Vno mō inqntū eſt ſatiſfa-
ctoria q̄ volūtarie aſſumit: et ſic qn̄qꝫ vn⁹
ꝑ pctō alteri⁹ punit: qꝛ volūtarie illā aſſu
mit. ſic aſſumpſit chr̄s Eſa. liij. Ipe autē
vulnerat⁹ eſt ꝓpt iniqtates nr̄as: attritus
eſt ꝓpter ſcelera nr̄a. et infra. Et dn̄s poſuit
in eo iniqtates oīm nr̄m. Ps. lxviij. Que
nō rapui tūc exoluebā. Sic et multi ſancti
aſſumebāt ꝑ alijs orādo/ ieiunādo/ elemo
ſynas faciēdo. Vn̄ de Carolo magno au
dita ē vox egidij. Merito Caroli pctā di
mitto. ꝛ in h̄ differt iuſtitia diuia ab hūa-
na: ſm̄ quā nullus etiā volēs ꝯdēnari dꝫ
pena corꝑali ꝑ culpa vel pctō alterius: qꝛ
ſancti⁹ eſt ipunitū relinq facin⁹ nocētꝫ/ q̄ꝫ
inocentē ꝯdēnare. vt dr tex. in. l. abſenteꝫ.
ff. de penis. lꝫ pecuniarū debitū poſſit vn⁹
ſoluere ꝑ alio. Et rō drn̄tie eſt int foꝛ dei
ꝛ forū mūdi: qꝛ in p̄mo foro p̄ualet chari
tas ꝛ mia: in ſcd̄o iuſtitia. Scd̄o mō inqn
tū ꝑ eā hꝫ rōnē pene: de cui⁹ rōne eſt ꝙ ſit
ꝯ volūtatē patiētis/ ꝛ ſit ſolū vnuſquiſqꝫ.
Tertio pōt pena cōſiderari inqntū habet
rōnem medicine. Et ſic ꝯtingit ꝙ vnus ꝑ
pctō alterius puniat ſicut filij ꝑ patrib⁹:
ſubditi ꝑ dn̄is/ inqntū ſunt res eoꝝ: q̄ ha-
bet quidē rōnem pene/ qntū ad euꝫ ꝑ quo

puniť:ſed habet rõnem medicine quantũ
ad eũ qui puniť. Hec ponit Thom.j.ij.q.
lxxxvij.ar.viij.ꝛ Tho.in.ij.ſenť.di.xxxiij.
q.j.ar.ij. Et hoc quantũ ad q̃ſtionẽ illam
qua queriť vtrũ vnus puniať ꝑ pctõ alte
rius. Si ꝟo querať qua pena quis puniť
ꝑ peccato alteriꝰ: Dic ꝙ quedã pene ſunt
q̃ poſſunt habere rõnez medicine ꝑut.ſ.or
dinanť ad ſalutẽ anie: ꝛ iſtis penis poteſt
quis ꝑ alio puniri/al's nõ. Pro cuius ma-
iori declaratione diſtinguenda ſunt quat
tuor genera penarum.

Primo pena eternalis.
Secundo pena ſpiritualis.
Tertio pena corporalis.
Quarto pena temporalis.

¶ Circa primã penã nota/ꝙ nullꝰ debet
pena eterna puniri ꝑ culpa alteriꝰ. Et rõ
eſt: qꝛ hec pena nullo mõ põt hr̃e rõnẽ me
dicine: qꝛ nõ põt ordinari ad ſalutẽ anie. ꝛ
hec eſt cõcluſio indubitata: ꝑbata ꝑ iura
ſuperius allegata. ꝛ facit.j.q.iiij crimen. ꝛ
c.iã vtraqꝫ. Vñ nõ licet optare hãc penã
ꝑ ſalute alterius: imo nec ꝑ ſalute totius
mũdi/qꝛ prima ordinata charitas incipit
a ſeipſo.l.pñes. C.de fui. ꝛ aqua.c.petitio.
de iureiur.cã.ij. ordinauit in me charita-
tem. Nec obſtat qđ dicit Moyſes Exod.
xxxij. Aut dimitte ꝑplo hanc noxã/aut de
le me de libro vite. qꝛ rñ. vt dixi in ſmone
j.poſt feſtũ trinitatis ꝑte.j.ꝛ ſcpſi etiã ſup
illo textu Exo.xxxij. Nõ obſtat. Rom.ix.
Optabã eñ ego ipſe eẽ anathema a chr̃o
ꝑ fratribꝫ meis. qꝛ illđ exponiť ſic. optabã
.i. optarẽ ſi fieri poſſz: anathema eẽ a chri
ſto.i.ſeparatus a chr̃o ad horã/vel in hac vi
ta vel poſt mortẽ: ſalua tñ charitate ꝛ ſalu
te etna: ꝑ fratribꝫ meis.i.iudeis ſaluãdis.
Vñ Phil'.j.dr. Deſideriũ hñs diſſolui et
eſſe cũ chr̃o: ꝑmanere aũt in carne neceſſa
riũ eſt ꝑpť vos. Põt etiaz aliter intelligi:
vicz referẽdo h̄ verbũ ad tp̃s in q̃ Paulus
ꝑſequebať chr̃m in mẽbris ſuis.ſ. ꝛ h̄ ex ze
lo iudaice legis ſic optabat eſſe ſeparatus a
chr̃o: ſm Nico. de lyr̃. Sic g̃ hac pena nul
lus ꝑ alio puniť/qͣuis pctm̃ alteriꝰ ſepe
ſit occaſio ꝙ aliꝰ dãneť: non quidẽ ex pctõ
illiꝰ/ſed ſuo: qꝛ imitať pctm̃ illius. puta ſi
vſurariꝰ reliq̃t vſuras filijs: dãnanť filij.
nõ quidẽ ex vſura patña/ſꝫ ex ſuo pctõ, q̃a
noluĩt reſtituere. Nota exẽplũ illius vſura

rij q̃ reliquit duos filios: quorũ vnꝰ eſt in
greſſus religionẽ ꝛc. ¶ Scđa pena ẽ ſpi
ritualis: ꝛ hec eſt mľtiplex. Prima eſt pri
uatio gr̃e gratũ faciẽtẽ: ꝛ tali pena nunq̃
vnꝰ puniť ꝑ pctõ alteriꝰ. Eze.xviij. Filiꝰ
nõ portabit iniq̃tatẽ patrꝫ ꝛc. Anĩa q̃ pec
cauerit ipa morieť. Nec obſtat ſi opponas
de pctõ originali qđ traduciť in poſteros
Rñ. qꝛ in illo quilibet nr̃m eſt ꝑticeps cul
pe. Ro.v. Oẽs in Adã peccauerunt. ſicut
dic̃ Tho.j.ij.q.lj.ar.j. Alia pena ſpũalis
eſt de iure poſitiuo q̃ diciť excõicatio qua
pena nulla maior eſt in eccľia dei.xxiiij.q.
iij. corripianť. et hac pena nullus puniť ꝑ
pctõ alteriꝰ.xxiiij.q.iij.ſi habes. Ratio. q̃a
nõ debet ferri niſi ꝑ culpa morti ꝑpria.xj.
q.iij. nemo epõꝝ. vñ neqꝫ pať ꝑ filio/neqꝫ
vxor ꝑ viro: neqꝫ ecõuerſo excõicari dꝫ. hꝫ
facit qđ legiť ꝛ notať in.c. romana.§.fi.de
ſen.excõi.li.vj.ꝛ.c.j.de vſu.eodẽ lib. Alia
eſt pena interdicti: et illa pena puniť vnꝰ
ꝑ delicto alterius. vt ꝑbať. de ſpõſal'.c.nõ
eſt nobis. Pro delicto regis anglie multe
eiꝰ ciuitates interdici iubenť. de ſen.excõ.
c.ſi ſnia.§.cetez.li.vj. Alia eſt pena ſuſpẽ
ſionis ꝛ irregularitatꝫ: ꝛ hec inferunť etiã
ꝑ delicto alterius. Vñ pro delicto vxoris
vir: ꝛ remoueť ꝑmotione.xxxiiij.di.ſi cuiꝰ
ius. Itẽ ꝑ delicto patriſfamilias tota do-
mus eiꝰ ab oblationibꝫ ꝑhibeť.xvij.q.iiij.
minor. licz eñ regulariť aliquis nõ debeat
ſine culpa ſuo iure priuari: tamẽ quãdoqꝫ
cauſa ſuggerente/quis ſuo iure priuať. de
priuil'.c.antiqua. de diuor.c.quanto.ꝯcor.
ſic ꝑpť fornicatõez vxoris ꝑuanť viri iure
exigendi debitũ/niſi ſit correpta: vt ibidẽ
diciť. qꝛ patronus turpitudinis eſt qui cri
men vxoris celat.xxxij.q.j.ſicut crudelis.
ſic ꝑpter incõtinentiã patrꝫ filiꝰ fit illegiti
mus ꝙ nõ promoueť.lvj.diſt.ꝑ totum. et
de filijs preſ.ꝑ totum. Que autẽ ſit ratio
differẽtie inter excõicatõez ꝛ alias penas
ſpirituales: vide qđ notant canoniſte in.c.
romana.§.fi.de ſen.excõi.lib.vj.in.c.j.de
vſu. eodẽ lib. vbi ponũtur a doctoribꝫ mul
te rationes q̃ videnť inſufficiẽtes. Poſſet
ergo ratio differẽtie eſſe illa: quia excõica
tio eſt maior pena ſpiritualis q̃ fit in eccle
ſia dei: vt dictum eſt. q̃ ſeparat a ſacramẽ-
torum cõmunione ꝛ ꝑticipatione fideliũ.
ꝛ iđ noluit eccľia punire aliquẽ hac pena:

niſi ꝑ delicto ꝓprio et mortali. vt dicit᷑.xj.
q.iij. Nemo epiſcopoꝝ. Unde olim excõi
catus tradebat᷑ ſathane. vt notant doc.
j.Coꝛ.v. Nota quõ nõ curãt hodie hoĩes
de excõicatione ⁊c̃. Illud poſtremo notã
dum qḋ vbicunq; aliqs punit᷑ pro delicto
alteri⁹: illud nõ habet rõnem pene ſed me
dicine. vt dicã.ĩ.ar.iiij.ↄcluſiõe.ij. ¶ Pri
ma ↄcluſio eſt/ ꝙ de iure diuino punit᷑ coꝛ
poꝛalit᷑ ex voluntate dei qñq; vnus ꝓpter
culpã alteri⁹: ſiue ſit fili⁹ delinquẽtis/ ſiue
extraneus: vt patz pꝛimo in pctõ Cham
quo peccante fili⁹ eius maledicit᷑. Geñ.ix.
Nõ em̃ maledixit Noe Cham: qꝛ dñs be
nedixerat ei. Uñ nõ fuit auſus maledice-
re. Itẽ patz in diluuio/ vbi ꝑ peccatꝫ parẽ
tũ ſubmerſi ſũt ꝑuuli. Itẽ Giezi delinquẽ
te lepꝛa trãſmittit᷑ ad poſteros.iiij.Re.v.
Itẽ ꝑuulos ſodomitaꝝ nõ excuſauit igno
rantia: qn ꝑ paterno ſcelere celeſti igne cõ
ſumerent᷑ Geñ.ix. Et h̄ ceſſit in bonũ ipſoꝝ
ꝑuuloꝝ: q̇ ſi vixiſſent fuiſſent imitatoꝛes
culpe paterne: ⁊ ideo damnati in inferno.
Tunc g̊ in iſantia cõbuſti: aut ad limbuz
patrũ deſcendebãt ſi in fide parẽtũ moꝛie-
bant᷑: aut ad limbũ pueroꝛũ/ qḋ min⁹ ma
lũ eſt. Sic ⁊ nũc pueri ſi moꝛiant᷑ ꝓpt᷑ pec
catũ parentũ: cedit eis in bonũ: qꝛ aut ba
ptiſati euolant ad ꝑadiſuz: aut nõ baptiza
ti deſcendũt ad limbũ: q̇ ſi vixiſſent deſcẽ-
diſſẽt ad ifernũ. Neq; em̃ alit᷑ exiſtimãdũ
diuinã bonitatẽ eis moꝛtẽ intuliſſe: niſi ꝓ
pter aliqḋ eoꝝ bonũ: ſic de innocentib⁹ ⁊c̃.
Ideo de iuda ſcriptuz eſt. Bonũ erat ei ſi
natus nõ fuiſſet Mat.xxvj. Idem ḋ par-
uulis: q̇ pctõ Dathan ⁊ Abiron viui de-
ſcenderũt ad inferos. Numeri.xvj. Item
Achioꝛ peccante multi ceciderũt in bello
Iudic̃.vj. Item Dauid populũ numera
uit q̊ pacto gladi⁹ dñi deſcendit in popu-
lũ.ij.Reg.xxiiij. Item iudeis clamãtib⁹.
Sanguis ei⁹ ſuꝑ nos ⁊ ſuꝑ filios nr̃os: re
liquie coꝝ pene moꝛtis chr̃i addite ſũt. de
pe.di.iij.§. Ecce cui⁹.j.q.iiij.ꝟ. Itẽ pctõ.
vbi de h̄. Itẽ iudeis peccãtib⁹ ↄtra chr̃m
ꝑuuli: qꝛ timoꝛe herodis nõ receperũt eũ:
puniti ſunt in filijs eoꝝ a bimatu. ⁊ infra.
Mat.ij. Et ſic in mlt̃is exemplis ſcriptu
re patere põt: ꝙ patre peccãte fili⁹ hac pe
na punit᷑ ⁊ etiã extranea. Multi ꝓpt᷑ vni
us noxaz plectunt᷑ adeo. Propt᷑ hoc dñs
dixit Exo.xx. Ego ſuz de⁹ zelotes viſitãs
iniq̃tatẽ patrũ in filios in tertiã ⁊ quartã
generationẽ: his q̇ oderũt me. Itẽ in no-
uo teſtamẽto Mat.xxiij. Dicit dñs. vt ve
niat ſuꝑ vos om̃is ſanguis iuſtus q̇ effu-
ſus eſt ſuꝑ terrã a ſan. abel. iu. vſq; ad a ſã.
za. fi. ba. quẽ occi. inter tem. ⁊ al: Itẽ Jo.
ix. Rabi. q̇s peccauit hic aut parẽtes eius
vt cec⁹ naſceret᷑: ⁊c̃. Ex q̊ textu ꝓbat᷑ ꝙ qñ
q; punit᷑ fili⁹ pro pctõ paterno. Predicta
aũt hoc mõ ſunt accipienda: vt qñ fili⁹ pu
nit᷑ ꝑ pctõ patris. Pena illa habet rõnem
pene reſpectu culpe patrꝫ/ q̇ punit᷑ in filio
q̃ſi in re quadã ſua: qꝛ fili⁹ res eſt q̃dã pa-
tris: ſed reſpectu filij rõne medicine: niſi
ſit imitatoꝛ culpe paterne/ vt infra latius
dicã in.ij.ↄcluſiõe.iij.ar. Et idõ nõ obſtat
ꝙ ḋt dñs Deut.xxiiij. Non occident᷑ pr̃es
ꝑ filijs nec ecõuerſo. qꝛ vt ḋt vbi Nico.ḋ
lira. Illud intelligendũ eſt inq̃ꝫtũ occiſio
hꝫ rõnẽ pene ꝑciſe/ nõ aũt inq̃ꝫtum habet
rõnẽ medicine. ¶ Scḋa ↄcluſio ẽ/ ꝙ hac
pena de iure hũano nũq; aliqs punit᷑ pro
culpa alteri⁹. Uñ dicit lex: ꝙ ſancti⁹ ẽ im
punitũ relinq̇ facin⁹ nocentꝫ: q; innocen-
tẽ ↄdẽnare. ff. de penis. l. abſentẽ. ⁊. C. eo.
l. Sancim⁹. Et rõ hui⁹ eſt: q̇a occiſio ſeu
punitio innocẽtis eſt directe ↄtra p̄ceptũ
diuinũ q̇ dicit᷑. Exo.xxiij. Innocẽtẽ ⁊ iu
ſtũ nõ occides. Et alibi nõ occident᷑ pr̃es
ꝑ filijs nec ecõuerſo Deut.xxiiij. Et etiã
eſt ↄtra p̄ceptuz iuris naturalis: q̇ p̄cepta
ſunt indiſpẽſabilia ſaltẽ ꝑ hoĩez. Hoc aũt
debet intelligi ita/ ꝙ occiſio ſeu alia pena
coꝛꝑalis habeat rõnẽ pene: nõ aũt inq̃ꝫtuz
hꝫ rõnem medicine: vt infra dicã. Nõ em̃
putarẽ incõueniẽs/ ꝙ lex hũana dãnet fi-
liũ/ etiã pena coꝛꝑali ꝓpter culpã patrꝫ. ⁊
hec nõ habꝫ rõnẽ pene reſpectu filij: ſꝫ me
dicine: vt nõ imitet᷑ culpã parentũ. hꝫ tñ
rõnẽ pene reſpectu culpe pr̃is: ꝓpter quaꝫ
ipſe pat᷑ delinquẽs punit᷑ in filio. Uñ poſ-
ſet lex hũana iuſte denouo ſtatuere: vt fi-
li⁹ puniat᷑ moꝛte ꝓpter culpã legis leſe ma
ieſtatꝫ cõmiſſam a patre cui⁹ timet᷑ filius.
etiã criminis eſſe ſucceſſoꝛ. Et h̄ ꝓbat᷑ ꝑ
textũ in. l. q̇ſquis. C. ad. l. iul᷑. maieſta. ca-
nonizata. vj. q. j. q̇ſquis. vbi ſic ḋr. Filij ve
ro q̇b⁹ vitã imperatoꝛia ſpẽalr̃ lenitate cõ
cedim⁹. paťno em̃ debẽt perire ſupplicio. i
q̇b⁹ pat᷑ in h̄ eſt hereditarij criminis exem

pla metunt: a ſucceſſiõe olim ꝑimoꝝ ha-
beat alieni. Et ↄfirmat etiã h̄ ꝑ tertiũ i. c.
Cũ multe. xv q. vlt. ſtatuit. ꝙ nati ex mrĩ
monio ↄtracto a clerico in ſacris ↄſtituto
ſũt ſerui eccl'ie. Ad idẽ facit ꝙ dt Tho. j. ij
q. lxxxvij. ar. viij. ¶ Tertia pena eſt corꝑa
lis: circa quã nota. ꝙ hui⁹ pene corꝑalis ẽ
q̄ntuplex differẽtia. Prima eſt ieiunij ab-
ſtinẽtia q̄ ſolũ qñq; infligit incarceratꝫ ꝑ
eoꝝ ſceleribꝫ. d hac põt intelligi illō. di. xc.
Si qs cõtriſtat⁹. ꝛ. xxiij. q. j. Si hõ eſſes.
Scda eſt ꝟberatiõis. xxiij. q. v. Circũciſio
nes. Tertia eſt ſuitutꝫ. Quarta eſt exilij.
lviij. di. in ſinodo. in fi. Hoc aũt exiliũ põt
eſſe triplex. Vnũ in loco certo: vt cum qs
detrudit in monaſterio. vt. c. Omis. in fi.
de peni. ꝛ remiſ. Aliud a loco certo: qñ. ſ.
quis ab aliq̄ loco ꝓhibet. ij. q. j. in pmis
Tertio ab omi loco: vt cũ interdicit qbuſ-
dã penitẽtibꝫ/ne moꝛent in aliq̄ loco: vel
vnũ vl' duos dies. d peni. di. vj. ſacerdos.
Quinta pena corꝑalis eſt moꝛs q̄ dicit vl
timũ ſupplicium. Itẽ mutilatio mẽbri. Eſt
aũt notandũ: ꝙ ois pena corꝑalis reputa
tur grauioꝛ omi pena pecũiaria apd legi-
ſtas. ff. de penis. l. In ſeruoꝝ. Circa quaꝫ
penã corꝑalem eſt duplex ↄcluſio. Prima
ↄcluſio ẽ/ꝙ de iure diuio punit corꝑalr ꝛc̄
¶ Quarta pena eſt tꝑalis. i. circa tꝑalia
bona: pecuniã: poſſeſſiones ꝛc̄. Circa quã
eſt duplex ↄcluſio. Prima ↄcluſio ẽ/ꝙ de
iure etiã hũano/qñq; punit qs pena ꝓua-
tionis bonoꝝ ꝑ pctõ alteri⁹. ſ. fili⁹ ꝑ pctõ
patris: ꝛ h̄ eſt in duobꝫ caſibꝫ. Primo i cri
mine leſe maieſtatꝫ de iure ciuili. l. Quiſ-
qs. C. ad le. iul'. maie. canonizata. vj. q. j.
ca. quiſqs. fac. xv q. iij. Sane. ꝛ c nemini.
Scdo in crimie heret. ꝛ de iure canonico:
vt in. ca. vergẽtis. extra. de hereti. ꝛ. C. de
hereticꝫ. aut. manicheos. Nota tamen ꝙ
ſic dt Ray. In ſum. de here. Itẽ qd ſi ha-
beret. Hoc videt intelligendũ cũ pat pu-
blice ꝑdicat ↄtra fidẽ catholicã vel publi
ce ꝓfitet: vel defendit erroꝛẽ: vel corã ꝑla-
to ſuo cõuictus eſt: vel ↄfeſſus: vel ſinalit
ↄdemnat de hereſi. extra d ꝟbo. ſignifica.
Sup qbuſdã. Poteſt addi terti⁹ caſus in
īterfectione clerici facta a patrono vl' feu
dario: q2 ꝓuãt f. lij omi bñficio eccl'iaſti
co. nec ſuccedũt ad ꝑdicta iura: ſcꝫ patro-
nat⁹ ꝛ feudi vſq; ad quartã gñationẽ. vt i
ca. In qbuſdã. de penis. Adde ꝛ quartũ
caſuꝫ. ſ. in ꝑſecutoꝛibꝫ cardinaliũ. de penis
Felicis. li. vj. Itẽ de ꝑcutientibꝫ/capien
tibꝫ epos. in cle. j. de penis. Alij caſus po-
nũtur in. c. Cũ ſecundũq;. de hereti. li. vj.
Facit ꝙ nota. in. c. Vno. de ſciſmatꝫ. codẽ
li. Rel'a. tñ cõtra eſt: q2 regl'arit bona da-
mnatoꝝ deuoluũt ad heredes. i. ad aſcẽdẽ
tes ꝛ deſcẽdẽtes vſq; ad tertiũ gradũ/tan
tũ. vt in autẽtica. bona dãnatoꝝ. C. d bo.
dam. Scda ↄcluſio eſt ꝑ declaratiõe coꝝ
q̄ dicta ſũt ꝛ rõne. ꝓ qbus ſciendũ ꝙ ſic dt
Tho. j. ij. q. lxxxvij. ar. viij. d pena inflicta
poſſum⁹ loq̄ dupliciter. Vno mõ ꝓut pena
hꝫ rationẽ pene. ꝛ ſic ſoluꝫ vnuſqſq; ꝓ ſuo
pctõ punit: q2 act⁹ pcti aliqd ꝑſonale eſt.
Scdo mõ poſſum⁹ loq̄ de pena ꝓut habꝫ
rõneꝫ medicine: ꝛ ſic ↄtingit ꝙ vn⁹ punit
ꝑ pctõ alteri⁹. Detrimẽta em̄ corꝑaliũ re
rũ ſiue ipius corꝑis ſunt qdã penales me-
dicine oꝛdinate ad ſalutẽ anie: iuxta dictũ
apl'i. cũ infirmoꝛ tũc foꝛtioꝛ ſum. ij. Coꝛ.
xij. Vnd nihil ꝓhibet talibꝫ penis aliquẽ
puniri ꝑ pctõ alteri⁹: vl' a deo vl' ab hoie:
vtpote filios ꝑ patribꝫ: ꝛ ſubditos ꝑ dñis.
inq̄ꝫtũ ſunt qdã res coꝝ: ita tamẽ ꝙ ſi fili⁹
vel ſubdit⁹ eſt ꝑticeps culpe: hmõi penal'
defect⁹ hꝫ rõnem pene q̄ntũ ad vtrũq;: ſcꝫ
ad eũ qui punit ꝛ euꝫ ꝓ quo punit. Si ꝟo
nõ ſit ꝑticeps culpe hmõi penal' defect⁹:
hꝫ rõnem pene quantũ ad euꝫ: ꝓ q̄ punit.
Quantũ vero ad eũ q̄ punit/habet rõneꝫ
medicine tantũ: niſi ꝑ accidẽs: inq̄ntũ pec
cato alteri⁹ ↄſẽtit. oꝛdinat em̄ ei ad bonũ
anie ſi patient ſuſtineat. Da exempluꝫ: vt
ſi rex dilaceraret cuidã tunicã de burello/
vel albuſo/vt daret illi tunicã mlto maio-
ris valoꝛis: puta regalẽ. vl' deſtrueret ma
gale vel paghertũ vt daret ſibi caſtrũ. Pe
ne ꝟo ſpũales nõ ſunt medicinales tantũ:
q2 bonũ anie nõ oꝛdinat ad aliud melius
bonũ. Vñ in bonis anie null⁹ patit detri
mẽtũ ſine culpa ꝓpria. Hoc tñ intelligo d
detrimẽto ſpũali: qd eſt culpa vel ꝓuatio
grẽ: vel ſignũ ↄſequẽs ad ꝓuationẽ gratie
Sicut excõicatio. Alia ꝟo detrimẽta ſpi
ritualia canonica: puta ſuſpenſio ꝛ interd
dictũ: põt qs pati ꝑ culpa alteri⁹ qñq;: vt
notaui ſup eodẽ ſermo. ar. ij. Vñ null⁹ pa
tit detrimentũ in bonis anie ſine culpa ꝓ
pria. Et ꝓpter hoc etiam talibꝫ penis: vt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hierony. dicit in epl'a ad Auitum. vnus nō punit̄ ꝑ alio: q2 quantū ad aīam filius nō eſt res patris. Vñ ⁊ hmōi cauſaȝ dñs aſſignās dt Ezech. xviij. Omes anie mee ſūt. Qđ ḡ dr dñs Exo. xx. Ego ſum dñs zelotes viſitās iniq̄tatē patrū in filios vſq3 ad tertiā ⁊ quartā gñatiōeȝ. Et Mat. xxiij. vt veniat ſup vos ⁊c̄. Vide ſup̄ parte tertia. Referenduȝ eſt ad penas tp̄ales vel corꝑales: inq̄ȝtum filij ſunt res quedā parentū: ⁊ ſucceſſores p̄deceſſoꝝ: ⁊ tūc reſpectu filioꝝ habet rōnem medicine: vt dictū eſt ſup̄: vel ſi referat̄ ad penas ſpūales hoc dicit̄ ꝓpter imitatiōnē culpe. Vnđ in Exo. addit̄ his q̄ oderūt me. ⁊ in Matt. dicit̄. Et vos implete mēſurā patrū vr̄oꝝ. Dicunt̄ aūt puniri pctā parentū in filijs: q2 filij in pctis parentū nutriti promores ſūt ad peccandū: tū ꝓpter ꝯſuetudinē: tuȝ etiā ꝓpter exemplū patruȝ q̄ſi auctoritatē eoꝝ ſequētes/ ſūt etiā maiori pena digni: ſi pena patrū vidētes correcti nō ſūt: ideo aūt addidit in tertiā ⁊ quartā gñationeȝ: q2 tm̄ ꝯſueuerūt hoīes viuere: vt in tertiā vel quartā gñatiōnē videāt filios. Et ſic mutuo videre pñt: ⁊ filij pctā parentū ad imitandū: ⁊ p̄res penas filioꝝ ad addēdū ſm Tho. Sed cur nō ipſi patres delinq̄ntes puniūtur in p̄ma gñatione. Rñdeo h̄ eſt ꝓpter clementiā diuinā. Vñ Aug. j. q. iiij. ꝯ dñs ad Moyſen in tertiā ⁊ q̄rta generatiōnē/ pctā patrū ſe dñs cōminat̄ in lege filijs redditurū/ nō in eq̄litate iudicij: vt alij peccent/ ⁊ alij puniūtur. ſed magnitudine clemētie duȝ ſemꝑ expectat ad penitentiā: ⁊ q̄ in p̄ma gñatione delinquit̄ nō prius corripit ⁊ emendat/ niſi tertia et quarta gñatio euenerit Aug. j. q. iiij. Per h̄ ptȝ rñſio ⁊ declaratio auctoritatū in cōtrariū allegataꝝ. ⁊ ſic ptȝ iſta materia.

¶ De ſeptē ſtultitijs pcti mortalis. Sermo xvij.

Quaſi a facie colubri ⁊c̄. Sequit̄ p̄dicare de quodā alio effectu pcti mortalis: q2 facit hoīem fatuū ⁊ inſipientē ⁊c̄. De q̊ vide in ſmonib9 poſt feſtū trinitatꝫ dñica. xx. ſmone. iiij. q̄ incipit. Nō q̄ſi inſipientes in labijs meis ⁊c̄. Pro euidētia ḡ nota: q̄ in ſcriptura ſacra q̄ eſt os dei. pſ̄. cxviij. Pronūciaui omīa iudicia oris tui. Pctōres dicūt̄ ſtulti ſiue fatui/ ⁊ h̄ in multis locꝫ ptȝ: ſȝ ꝑ nūc ſufficiat allegare vnā auctoritatē Eccs̄. j. Stultoꝝ infinitus eſt numer9. Et ꝓ hoc facit ſatis rō per ſilitudinē đ ambulātib9 ꝑ viā: q̄ ꝑueniūt ad q̊dā biuiū/ in q̊ vna via eſt arcta ⁊ ſpinoſa/ ſed ſecura: altera q̄ eſt ad ſiniſtrā/ q̄ eſt lata pulchra ⁊ delitioſa: cum arborib9 circūquaq3 ⁊ cū aquaꝝ decurſib9: ⁊ cū tabernis ⁊c̄. Sed in ea eſt paſſus q̄dā ꝑiculoſus in q̊ ꝯtinue ſunt latrones: derobātes ſiue depredātes viatores ⁊c̄. Et in h̊ biuio eſt q̄dam turris alta: in q̄ manēt cuſtodes: qui q̄n vident itinerātes clamāt dicētes. Accipite viā dextrā: q̄ eſt ſecura nō ſiniſtrā ⁊c̄. Si aliquis illoꝝ itinerantiū diceret: nam iſti clamātes volūt nos decipere: eamus ꝑ viam ſiniſtrā viderꝫ q̄ nō eſt pulchra ⁊c̄. Tandē incidūt in latrones ⁊c̄. Alij vero credentes clamātib9 ſumūt viam dextraȝ ⁊ vadunt ſecuri ⁊c̄. Rogo vos q̄ iſtoꝝ dici debēt ſapiētes vel fatui: nōne illi q̄ incipiunt dextrā viam debēt dici ſapiētes: ⁊ alij fatui q̄ ſiniſtrā: vtiq3. Sic i ꝓpoſito. Oēs ſum9 viatores in via hac vite nr̄e/ ⁊ currimus ſemꝑ velociſſime: ſiue dormiam9: ſiue vigilam9: ſicut exiſtētes in naui ⁊c̄. Et finis noſter debet eſſe vita eterna. Ro. vj. Habetis fructū vr̄m in ſctificatiōnē: finē vero vitā eternā. Et oēs nos in biuio: q̄a via dextera eſt via virtutū ⁊ penitentie: q̄ eſt arcta ⁊ ſpinoſa: tamē ſecura. Duruȝ eſt ꝯtinere/ aſperum eſt ieiunare: vigilare: offenſas libent̄ parcere ⁊c̄. Sed hec via ducit ad vitā eternā. Ideo chr̄s in. j. ſmone ſuo ait Matt. iiij. penitentiā agite appropinquabit em̄ regnū celoꝝ. Et Mat. vij. Arcta eſt via que ducit ad vitaȝ: et pauci ſunt q̄ inueniūt eam. Via vero a ſiniſtris eſt delicioſa ⁊ carnalis: ſcȝ comedere: bibere/ dormire: et luxuriari: vindicare ſe ⁊c̄. Sed in hac eſt paſſus periculoſus in quo omnes derobantur et occidunt̄: et hic paſſus eſt mors. O dices tu. Etiā in alia via eſt paſſus periculoſus mortꝫ: verū eſt: ſed non depredantur: quia ſecum portant theſaurum meritorum et bonorum operum. Ideo domin9 Matth. vj. Theſaurizate vobis theſauros in celo: vbi neq3 erugo:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

neqꝫ tinea demolit/⁊ vbi fures nō effodiunt nec furant. Sunt aūt quidā viri ſapientiſſimi q̄ ſunt in turri ⁊ clamāt viatoribus ⁊c̄. Et iſti ſūt p̄triarche ⁊ ꝓphete: apl'i: doctores: q̄ nouerūt optime viā veram et bonā: q̄ ſtantes in turri gr̄e dei vel p̄dicationis: clamāt nobis dicētes. Nolite ambulare ꝑ viam ſiniſtrā vitioꝝ ⁊c̄. Sed per dexterā virtutū ⁊c̄. Inter quos Salomō ſapiens dixit clamās: vias q̄ a dextrꝭ ſunt nouit dn̄s: ſcꝫ ſcientia ꝓbationis. Peruerſe vero ſunt q̄ a ſiniſtris ſunt. Prouer. iiij. Et Dauid pater eius. pſ̄. j. Quoniā nouit dn̄s viā iuſtoꝝ ⁊ iter impioꝝ peribit. Nam in primo paſſu mortis depredatur homo peccator oībꝫ bonis q̄ habet. Primo quidā bonis fortune: et bonis t̄palibꝫ depredat ab vxore ⁊ ꝯſanguineis. Nota de ꝯſuetudine que eſt neapoli: ꝙ quecūqꝫ habet ſuper ꝑſonā ſuam mulieri in tēpore mortis mariti ſunt ſua ⁊c̄. Quō cingit ſe zonis argenteis ⁊c̄. Scd̄o bonis nature ⁊ pulchritudinis ⁊ fortitudinis corꝑalis: de p̄datur a vermibꝫ. Tertio bonis gr̄e. Iaꝫ fuerat dep̄datus a demonibꝫ/ſed tunc. ſ. tempore mortis aīa eiꝰ damnat a demonibus. Nota hic etiā ꝙ quedā mł'ieres faciunt teſtamentū ad cōmoditatē viri ſui: putātes ſanari d̄ infirmitate ſua. ⁊ de anima nihil curāt ⁊c̄. Videtur ḡ vobis velle ire ꝑ viam ſiniſtrā vitioꝝ quā ſcitis/ꝙ ducit ad infernuꝫ: certe magna ſtultitia: ſi h̄ nō credis hereticus es: ſi credis es fatuus ſi non emendas. Queſiui q̄t ſunt ſpecies ſtultitie: ⁊ inueni quot ſūt ſeptē: q̄bꝫ dicit peccator ſtultus. Et ſunt iſte vicꝫ.

Prima eſt freneſia.
Scd̄a eſt epilentia.
Tertia eſt demonia.
Quarta eſt rabia.
Quinta eſt inſenſia.
Sexta eſt furia.
Septima eſt ebria.

¶ Et iſte ſeptē adaptant ſeptem peccatꝭ mortalibꝫ: vt infra patebit. Prima eſt ergo freneſia: ita vocat a phyſicis qn̄ febris aſcēdit in caput ⁊ ꝑturbat imaginationē loquitur ſtultitias. Talis dicit freneticꝰ. Ecce hoc pct̄m ſuꝑbie qd̄ nihil aliud eſt niſi febris: q̄ aſcendit in caput quando hō p̄ſumit ⁊ ſuperbit de bonis t̄palibꝫ. dicendo. Ego ſum talis: ſiue magni ſanguinis, ſiue magne ſcientie: ⁊ iſti tales ſcientia inflāmātur. j. Coꝝ. viij. Ecce fatuitas: q̄rē cinis ⁊ puluis factꝰ de terra. Vn̄ dicitur hō ab humo. i. terra. nutrit et ad terrā reuertet. Patet ergo quō ſuꝑbus eſt freneticus ꝓpter febrē ſuꝑbie aſcēdentē ad caput. Sapiens ꝟo q̄ꝫtūcunqꝫ ſit in alto poſitus ſemꝑ ſeip̄m humiliat cogitans: q̄re ad terram reuerſurꝰ eſt. pſ̄. cij. Recordatus eſt q̄m puluis ſumus hō ſicut fenuꝫ ⁊c̄. Et ꝙ iudicandꝰ eſt ante tribunal dei ſm̄ opera ſua. Vultis videre rōnem vt meliꝰ intelligat. Da ſimilitudinē de duobꝫ ſententiatꝭ ad furcas: ⁊ dum ducunt ad furcas. vnus coꝝ flens petit veniā ab oībꝫ di. Parcatis mihi ⁊ oretis ꝓ me: alter ꝟo ridens dicebat. O q̄ꝫtum bonuꝫ mihi eſt quō vado aſſociatꝰ vado cātando ⁊c̄. Sic in propoſito omes nos ſumꝰ crimino ſi ⁊ latrones: q̄ furati ſumꝰ honorē dei. p̄ſ. xiij. Omes declinauerūt ſimul inutiles facti ſunt non eſt qui faciat bonū/nō eſt vſqꝫ ad vnū. Et noueritꝭ ꝙ ꝓceſſus ꝯtra nos eſt factꝰ. pſ̄. cxxxviij. Imꝑfectū meū viderūt oculi tui. ⁊ in li. t. o. ſcri. ⁊ ſn̄ia mortis iam eſt data. Heb. ix. Statutū eſt hoībus ſemel mori ⁊ poſt hoc iudiciū: ⁊ iam nūc fit executio. q̄ omes ducimur ad mortē cum equo temporis ſeu ſolis: ⁊ cū quattuor rotꝭ. i. quattuor tēporibꝫ anni. ſ. vere/eſtate/ autūno: ⁊ hyeme. j. Reg. iiij. Oēs morimur ⁊ q̄ſi aque dilabimur in terrā que nō reuertūt. Illi ḡ qui in h̄ mūdo humiliant. flent/rogant deuꝫ vt parcat eis ⁊c̄. Itē rogant vt orent ꝓ ipſis: ſunt ſapiētes. At cōtra q̄ ridet ⁊ gloriant ⁊ ſuperbiūt: ſūt fatui. Vn̄ dicit Eccl'ſ. vij. Cor ſapientiū vbi triſtitia: ⁊ cor ſtultoꝝ vbi letitia. Tales erant illi philoſophi de q̄bus dicit apl'us Ro. j. Qui cū deuꝫ cognouiſſent nō ſicut deū glrificauerūt aut gra. ege. ſed eua. in co. ſu. ⁊ ob. eſt inſi. co. coꝝ. Dicētes enī ſe eſſe ſapiētes: ſtulti facti ſūt. Talis etiā fuit Nabuchodonoſor: q̄ ꝓpter ſuperbiā cōuerſus eſt in beſtiā ⁊c̄. Daniel'. iiij. Debemꝰ ergo in hac valle miſerie: et in hoc mundo potius vacare triſtitie q̄ꝫ letitie. Exemplū habemus in chriſto: Qui propter excellentiam infinitam: quam habebat: potuiſſet gloriari pluſq̄ꝫ alij ⁊c̄. Tamen vo

citur q̄ nūq̄ viſus eſt ridere:ſed flere. Sic
Vgo maria excellentiſſima ſup oēm crea-
turam: erat tamē repleta omī humilitate
zc. Sic z nos debem⁹ facere. Jdeo dicit.
Ecci.iij. Quanto magnus es humilia te
in omibus z corā deo inuenies gratiam.
¶ Scđa ſpecies ſtultitie eſt epilentia:ſcʒ
morbꝰ caducus:qꝛ in cella cerebri genera
tur vna gutta ex bullitione ſtomachi z ca
lore cordis. z quādo illa gutta eſt frigida:
cadit ſup telam cordis/et cadunt in terrā:
et ꝑdunt intellectū. Ecce hoc peccatū aua
ritie q̄ aſcendit ad cerebrū: quādo cogitat
ꝓ certo:ego volo ditari deinde cadit ſuper
cor ꝑ ꝯſenſum dicendo. Si ego volo viue
re plane de meis redditibꝰ z poſſeſſionibꝰ
vel laboribꝰ in capite anni nihil remane-
bit. Jdeo q̄d dimittā filijs zc. Et ꝓpter h̊
lucrabor iuſte vel iniuſte zc. Et ſic faciūt
fraudes/vſuras/malos ꝯtractus:z mille
extorſiones. z ſic cadunt in terrā ꝑ pecca-
tū mortale. Et ecce epilentia:et tandē de
terra cadūt in infernū. j.Tim.vj. Qui vo
lunt diuites fieri/incidunt in tentationē z
in laqueū diaboli z deſideria vana et in-
utilia/q̄ mergunt hoīes in interitū et ꝑdi-
tionē. hec eſt ratio q̄re in omni genere ho-
minū fiunt extorſiones:ſcʒ vt viuāt pom-
poſe zc. ꝓpter hoc em̄ fit ſymonia a p̄latis
extorſiōes a dn̄is tp̄alibꝰ a iudicibꝰ/ nota
rijs/mercatoribꝰ z hmōi. Nota ꝯtra abuſi
onem q̄ eſt in q̄buſdā partibꝰ/q̄ patiētes
naufragiū derobant/quādo frangunt in
terrā zc. Qđ eſt ꝯtra ius naturale:qꝛ non
debet dari afflictio afflictis:et ꝓpterea nō
equū eſt aliquē locupletari cum aliena ia-
ctura.l. Nam hoc natura. ff. de cōdi.inde.
Jtem cōtra ius diuinū:non furtū facies.
Exod.xx. Jtem ꝯtra ius ciuile. C. de fur
tis. auten. nauigia. vbi expreſſe hoc pro-
hibet:z reprobat ꝯtraria ꝯſuetudo:z ſub
ditur ibi:niſi talia ſint nauigia:q̄ piraticā
operāt prauitatē/aut ſint nobis aut chri
ſtiano noī inimica. Jtē ꝯtra ius canoni-
cū.c. excōicationi. de raptoribꝰ. Hinc etiā ꝓ
cedunt ludi alearū z taxillorū. Nota q̄ ſe-
ptem genera ꝑſonarū damnantur ex ludo.
Primo luſores. Scđo participātes in lu
do. Tertio aſſiſtentes/q̄ dant fauorē zc.
Quarto preſtātes domū. Quinto p̄ſtan-
tes taxillos vel tabulſiriū. Sexto preſtan

tes pecuniā ad ludendū. Septimo recto-
res q̄ ſuſtinēt tales:q̄ ſciūt lucrari ꝑ extor-
ſionē. reputant ſapiētes in mūdo:qꝛ dici
